¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ad horas veſpertinas feria ſecunda. Alludens ad illud Gene. j. ꝙ aque ſuperiores ab inferioribus ſunt diſtincte. petit vt lumine fidei illuſtremur.

¶ Materia huiꝰ hymni eſt inuocatio quã facit auctor: vt quemadmodum chriſtꝰ aq̃s ab aquis in ſecunda die ſeparauit ⁊ partem in terra reliquit: ⁊ partem in celum attulit propter nimietatem aque: ideo quia terra confuſa erat ⁊ ne calor ſolis diſſiparet res mundanas: ita diuidat mentes noſtras ȯ malis operibus. Sed querit̃ cur partẽ attulit in celum: ⁊ ad quid celum igneum ẽ. Ignis leuis materie eſt. ⁊ ideo ſi non interpoſuiſſet aliud elementũ puta aquam: ignis totã terram

Inmenſe celi conditor
Qui mixta ne confunderẽt:
Aque fluenta diuidens
Celum dediſti limitem.

© Biblioteca Nacional de España

leuiter cõbureret: et ſi queratᷣ q̃liter aque manẽt ſuper ignem. Auguſti. dicit ꝙ foꝛtitudo ignis aquã coagulat ⁊ coarctat. Itẽ queritᷣ: ſi celũ mobile eſt rotundũ: quomodo aque manẽt ſurſum. Ambroſius dat hoc exemplum: quia multa coꝛpa exteriꝰ ſunt rotũda q̃ interiꝰ ſũt q̃drata. ⁊ ſic põt eſſe celũ. Celeſtes nãq3 nature ignee ſunt vnde ſpũs dicitur purus ether: q2 rogus. i. ignis: vnde niſi vnda ſupioꝛis ⁊ inferioꝛis aque ethera ſiue ignẽ temperaret: totã terram incẽderet: ⁊ ruptã in puluerẽ diſſiparet. (o xp̃e cõditoꝛ imẽſe). i. ſine mẽſura (celi qui diuidẽs fluẽta aque). i. aquaꝝ curſus (ne cõfunderẽt mixta). i. ſupficiẽ terre. i. cõfuſionẽ3 facerent (celũ dediſti limitẽ). i. terminũ inter aquas ſuperioꝛes ⁊ inferioꝛes.

Auguſtinꝰ. Quomodo ſunt aque in celo. Ambroſiꝰ.

¶ Firmans locum celeſtibus
Simulq3 terre riuulis:
Ut vnda flammas temperet
Terre ſolum ne diſſipẽt.

¶ Tu dico (firmans locum) ſcilicet inter aquas celeſtes ⁊ aquas terreſtres. (celeſtibus) ideſt angelis vel aquis ⁊ (ſimul riuulis terre) ideſt fluminibus vel peccatoribꝰ (vt vnda) ideſt aqua (temperet flammas) ideſt ignem firmamenti (ne flamme diſſipent ſolum terre (ſolum) ideſt ſoliditatem.

¶ Infunde nunc piiſſime
Donum perẽnis gratie:
Fraudis noue ne caſibus
Nos erroꝛ atterat vetus.

¶ O tu piiſſime (infunde nunc) ideſt in p̃ſenti (donum perẽnis gratie) ideſt ſpiritus ſancti (ne erroꝛ) idolatrie vel oꝛiginale peccatu3 (vetus) ideſt antiquus (atterat) ideſt conterat (nos caſibus noue fraudis) ideſt hereſis vel diaboli. Nouꝰ dicitur: quia nullus alius peccauerat per oꝛiginale peccatu3.

¶ Lucem fides inueniat
Hec luminis iubar ferat:
Hec vana cuncta terreat
Hanc falſa nulla compꝛimant.

¶ Fides) noſtra inueniat lucem tuam o tu chꝛiſte ⁊ inueniendo (ferat iubar) ideſt ſplẽdoꝛem (luminis) ideſt ſpiritus ſancti ⁊ ferẽdo (iubar) tribuat ſe nobis (hec) ideſt fides (terreat cuncta vana) ideſt cunctam prauitatem hereticam (nulla falſa compꝛimant) ideſt depꝛimant (hanc. ſ. fidem. ¶ Alias ſic luminis iubar ferat ⁊ non hec.

¶ Carmen eſt quale illud pꝛimo dierum. Canitur ſecunda feria ad horas nocturnas. Hoꝛtatur nos vt ſurgamus ad oꝛationem qua deũ confiteamur: ⁊ peccatoꝛum veniam petamus.

Somno refectis artubus
Spꝛeto cubili ſurgimus:
Nobis pater canentibus
Adeſſe te depoſcimus.

¶ Materia huius hymni eſt ꝙ debemꝰ ſurgere de lecto) ideſt de peccato ⁊ deprecari deum vt dimittat nobis peccata noſtra ſcilicet pꝛeſentia pꝛeterita ⁊ futura. Cum facimꝰ inuocationem ad deum patrem ſic debemꝰ dicere. O deus pater (refectis artubus ſomno) ideſt ſenſibus noſtris repletis in mũdana delectatione (ſurgimus ſpꝛeto cubili). i. ipſa delectatione: quia poſtq̃3 fuerint membꝛa noſtra refocillata ſomno et reparata virtute: debemus cum indignatione ſpernere ⁊ ad dei ſeruicium feſtinare ⁊ tunc deus aderit nobis (depoſcimus) ideſt depꝛecamur (te adeſſe) ſcilicet pꝛeſentem (nobis canentibus) ideſt laudantibus.

¶ Te lingua pꝛimum concinat
Te mentis ardoꝛ ambiat:

¶ Et ideo nõ ſolũ coꝛde ſed etia3 lingua te depꝛecamur o dñe lingua nr̃a cõcinat) ideſt laudet (⁊ pꝛimu3) ideſt maxime ſup omnia

© Biblioteca Nacional de España

(ardor).i.amor mentis noſtre (ambiat).i. deſideret te ⁊ ad quid (vt tu ſancte) pater (ſis exordium) ideſt principium noſtrorum (actuum ſequentium) vt ois nr̄a actio a te ſemp incipiat.⁊ per te incepta finiatur.

Ut actuum ſequentium
Tu ſancte ſis exordium.

¶ (Tenebre) ideſt vitia vel peccata (cedāt) ideſt locum dēt (lumini) ideſt chriſto (nox) ſupple cedat (diurno ſyderi) ideſt ſoli (vt culpa) ideſt peccatum (quam nox intulit) nobis ideſt diabolus (labeſcat) ideſt euaneſcat (munere) ideſt gratia (lucis) ideſt chriſti vl' ſpiritus ſancti.

¶ Cedant tenebre lumini
Et nox diurno ſyderi:
Ut culpa quam nox intulit
Lucis labeſcat munere.

¶ (Nos ſupplices) ideſt humiles (precamur idem) ideſt illud ⁊ ad quid (vt amputes).i. auferas (omnes noxas) ideſt omnia peccata ⁊ vitia vt lauderis in perpetuum ore canentium te.

¶ Precamur idem ſupplices
Noxas vt omnes amputes:
Ut ore te canentium
Lauderis in perpetuum.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur feria ſecunda ad laudes matutinas aduentante luce: filium qui eſt ſplendor patris: deinde patrem ipſum multa petens implorat.

Paulꝰ ad hebreos.j. qui cū ſit ſplen.

¶ Materia huius hymni eſt patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti credulitas: ꝙ tantum pater ſit in filio ⁊ filius in patre ⁊ ſpiritus ſanctꝰ procedens ab vtroqꝫ. Et per hanc credulitatem rogamus vt confirmet ideſt conferat nobis ſuam gratiam: vt ſit nobis cibus et potus. (O chriſte qui es ſplendor paterne glorie) ideſt patris: quia per patrem glorificatur (proferens lucem) ideſt ſpiritum ſanctum (de luce) ideſt de patre vel (proferens) ideſt manifeſtans (lucem) ideſt teipſum eternam lucem venientem in hunc mundum d̄ luce paterna. O lux) ideſt filiꝰ lucis ideſt patris ⁊ (fons ⁊ origo luminis) ſcilicet ſpiritus ſancti (tu dies illuminans diem) ideſt illos quos predicatione apoſtolorum facis illuminari.

Splendor paterne glorie
De luce lucem proferens:
Lux lucis ⁊ fons luminis
Dies diem illuminans.

¶ Et o tu chriſte qui es (verus ſol illabere) ideſt deſcende (micans nitore perpeti) ideſt perpetuo lumine eterno (⁊ infunde) ideſt mitte (iubar) ideſt ſplendorem ſpiritus ſancti (noſtris ſenſibus) ideſt noſtris mentibus: vt non ſolum vocemus te filium ⁊ patrē.

¶ Veruſqꝫ ſol illabere
Micans nitore perpeti:
Iubarqꝫ ſancti ſpiritus
Infunde noſtris ſenſibus.

¶ Et non ſolum vocemus te filium ſed (votis vocemus) ideſt deprecemur cum deſiderio vocemus inqꝫ (te patrem perēnis glorie) ideſt perpetue: quia infinita erit ⁊ vocemus (vt pater potentis gratie religet) ideſt reſtringat vel mittat in exilium (culpam lubricam) ideſt libidinem que facit hominem cito labi de bono ad malum. et de ſtatu innocentie ad ſtatum culpe.

¶ Votis vocemus te patrem
Patrem perēnis glorie:
Pater potentis gratie
Culpam religet lubricam.

© Biblioteca Nacional de España

¶ Informet actus ſtrennuos
Dentem retundat inuidi:
Caſus ſecundet aſperos prospere
Donet gerendi gratiam.

¶ Dixi inuocemus ꝛ quare? vt pater (infor-met) ideſt componat (actus ſtrēnuos) ideſt boneſtos ſcilicet bonas operationes (ꝛ retū-dat) ideſt frangat (dentem) ideſt fortitudinē (inuidi) ideſt diaboli. Nam quemadmodū aliquis mordet eſcam: ita diabolus mordet ꝛ ſeducit chriſtianos operando mala in eis (et ſecūdet) ideſt faciat proſperos (caſus noſtros aſperos) ſcilicet caſtigando nos ſepiſſime faciat ſecundare (donet nobis gratiam gerēdi) ideſt patiendi eoſdem caſus aſperos.

¶ Mentem gubernet ꝛ regat
Caſtam fideli corpore:
Fides calore ferueat
Fraudis venena neſciat.

¶ Modo conuertit ſe ad fideles. q. d. filius infundat in nobis iubar ſancti ſpiritus ꝛ actus noſtros dirigat ꝛ (gubernet mentem) ideſt animam noſtram (ꝛ regat) eam caſtaꝫ in fide catholica (fideli corpore) ſancte eccleſie vt fides noſtra (ferueat) ideſt ardeat (calore) charitatis vel amore ſpiritꝰ ſancti (neſciat venena). i. hereſes (fraudis). i. diaboli.

¶ Chriſtuſqꝫ nobis ſit cibus
Potuſqꝫ noſter ſit fides:
Leti bibamus ſobrie complidamente
Ebrietatem ſpiritus. lauiodez

¶ Ut mens ſit neſcia fraudis (chriſtus ſit nobis cibus) ideſt predicatio dei que reficiat nos ideſt mentes noſtras vt cibus reficit corpus: ꝛ hac comeſtione ideſt predicatione habeamus potum ideſt fidem. Fides ē charitas predicationis (qꝫ) ꝑ ꝛ chriſtus ſit cibus celeſtis (ꝛ fides) ſcilicet catholica ſit noſter potus (leti) ideſt alacres vel hilares (bibamus ſobriam ebrietatem) ideſt temperatam. ſ. infuſionem ſpūs ſcti: vt nos ſeruet a peccato ꝛ ebrietas ſpūs eſt ſobria. i. tēperata ꝛ modeſta: quia homines inflāmat amore dei ꝛ fuat ab amore peccati: qꝛ ſicut ille q̄ eſt ebrius obliuioni tradit omnia nec recordatur: ſic qui eſt plenus ſpū ſancto vel gr̄a ſpūs ſancti omnia mundana obliuiſcitur.

¶ Letus dies hic tranſeat
Pudor ſit vt diluculum:
Fides ſit vt meridies
Crepuſculum mens neſciat.

¶ Hic dies) ideſt preſens vita (letus tranſeat) ideſt exterminetur (letus dies) ideſt chriſtus adueniat ad nos (ꝛ pudor) ideſt caſtitas ſit vt diluculum ideſt vt aurora luceat (fides ſit velut meridies) et ferueat amore ſpiritus ſancti ſicut meridies feruet. ꝛ mens crepuſculum neſciat) ideſt peccatum: qꝛ crepuſculum eſt lucis ideſt diei finis et noctis principium.

¶ Aurora curſus prouehit
Aurora totus prodeat:
In patre totus filius
Et totus in verbo pater.

¶ Aurora) ideſt pater (prouehit curſus) ideſt ducit filium ſuum ad ſui ſuperiora (aurora prodeat) ideſt manifeſtetur totus in ſubſtantia deitatis. quia filiꝰ in ſubſtātia deitatis totus eſt in patre (ꝛ pater totus in verbo) ideſt in filio quia totus eſt vnus deus.
Additio. Memini videre textū ſic. Amor recurſus ꝑuehit hoc ē. ſpūs ſanctus ꝑmoueat recurſus noſtros ad deum.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur feria tertia ad nocturnas horas per noctis tenebras: petit a xp̄o qui eſt vera lux vt ignorātie tenebras: ꝛ ſomni deſidiam a nobis diſcutiat.

© Biblioteca Nacional de España

Conſors paterni luminis
Lux ipſe lucis ⁊ dies:
Noctem canendo rumpimus
Aſſiſte poſtulantibus.

¶ Materia huiꝰ hymni eſt reſurrectio noſtris. et ſicut nos ſurgendo rumpimus noctē ita chriſtus ſurgendo rupit mortem ideſt vicit peccatum. vel ſicut dies adueniēs noctis vmbram effugat: ſic adueniente vero lumine ſcilicet chriſto ipſe chriſtus vitiorū ideſt peccatorum tenebras effugauit ⁊ totū mundum illuminauit. O xp̄e (conſors) ideſt equalis vel conſcius eius nature qui eſt pater: quia vnum eſt nomen patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti (paterni luminis) tu inq̄ xp̄e cōſors luminis (tu ipſe lux) ideſt filius qui lux eſt Joānis p̄mo (lucis) ideſt patris (⁊ dies) dierum vel omnium luminum (rumpimus noctem) ideſt peccatum (canendo) ideſt laudādo te. et ideo (aſſiſte poſtulantibus) te cum precibus.

¶ Aufer tenebras mentium
Fuga cateruas demonum:
Expelle ſomnolentiam
Ne pigritantes obruat:

¶ Aufer tenebras) ideſt ignorantias (mentium) noſtrarum (fuga cateruas demonū) ideſt turbas malignorum ſpirituum (expelle ſomnolentiam) ideſt anime pigritiam (ne illa ſomnolentia) ideſt peccatorum dormitio vel negligentia (obruat) ideſt precipitet (pigritantes) ideſt in peccatis dormientes.

¶ Sic xp̄e nobis omnibus
Indulgeas credentibus:
Ut proſit exorantibus
Quod precinentes pſallimus.

¶ Sic) ideſt taliter (o chriſte indulgeas) ideſt miſerearis (omnibus credentibus nobis (vt quod precinentes) ideſt laudantes (pſallimus) ore ſcilicet ⁊ corde (proſit exorātibus) ideſt proficiat nobis deprecantibus.

¶ Carmē eſt quale illud primo dierum. Canitur ad laudes matutinas feria. iij. Quod quemadmodum gallus nos a ſomno excitat: ita et xp̄s a ſocordia: deinde xp̄i miſericordiam implorat.

Ales diei nuncius
Lucē propinquā precinit:
Nos excitator mentium
Jam chriſtus ad vitam vocat.

¶ Materia huius hymni eſt exhortatio xp̄i ad nos vt ſurgamus a vitijs ⁊ adhereamꝰ virtutibus: ⁊ premittit exemplū alitis ideſt galli. ſicut enim gallicantus nos excitat vel vocat ad diem venientem: ſic chriſtus excitat mentes noſtras ⁊ vocat nos per ſcripturas ſacras ad opera virtuoſa prenunciās ꝙ in proximo eſt venturus. eius vero aduentus tempus ignoratur. vnde bene dicitur. Surgite ⁊ vigilate: quia neſcitis diem neq̄ horam. ⁊c. (Ales) ideſt gallus (nuncius diei precinit) ideſt predicit (lucem) ideſt diem nobis (propinquam. xp̄s excitator mentiū) noſtrarum (vocat nos ad vitam iam) ideſt iam ad ſe vocat nos.

¶ Auferte clamat lectulos
Egros ſopore deſides:
Caſtiq̄ recti ac ſobrij
Uigilate iam ſum proximus.

¶ Chriſtus (clamat) ideſt vocat ⁊ precipit nobis dicens (o deſides) ideſt o pigri (auferte) ideſt relinquite (lectulos egros) ideſt carnalitatē vel corda veſtra (ſopore) ideſt peccato irretitam aut inſequentes libidinē. ⁊ vigilate caſte poſtulantes (recte) non tortuoſe (ſobrie) non ebrie. Et bene debetis facere hoc: q2 ego (xp̄s iam proximus ſum) vobis. Uel ſecundum aliam litteram. o (caſti) anima ⁊ corpore ⁊ o (recti) verbo ⁊ opere (⁊ ſobrij) ideſt temperati cibo et potu (vigilate iam ſum proximus.

© Biblioteca Nacional de España

¶ Jeſum ciamus vocibus
Flentes precantes ſobrie
Intenta ſupplicatio
Dormire cor mundum vetat.

¶ Et qꝛ xp̄s eſt primꝰ o fratres (ciamꝰ.) ideſt vocemus (ieſum) vos dico (flentes p̄cantes).i. cum fletu rogantes illū (ſobrie) ideſt cum ſobrietate ſine omni feditate (intenta ſupplicatio) ideſt aſſidua deprecatio (vetat cor mundum dormire) ideſt in aliq̄ mortali peccato manere.

¶ Tu chriſte ſomnum diſcute
Tu rumpe noctis vincula:
Tu ſolue peccatum vetus
Nouūq; lumen ingere.

¶ O tu chriſte (diſcute).i. diſſipa vel (diſcute).i. diuide (ſomnum) ideſt peccatum vel diabolum ne nos decipiat (⁊ tu rūpe) diſcutiendo (vincula noctis).i. diaboli vel penas inferni: que dicūtur nox. vt nos nō decipiant (tu ſolue peccatum vetus) ideſt originale (⁊ ingere) ideſt immite (nouum lumen) ideſt ſpiritum ſanctum qui dicitur nouus: quia eijciendo a nobis vetera ⁊ peccata nos renouat lumine gratie.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierū. Canitur ad horas veſpertinas feria tertia: quo die quia terra protulit herbam virentem: petit nr̄a peccata gratie vigore mundari.

Telluris ingens conditor
Mundi ſolum qui eruens
Pulſis aque moleſtijs
Terram dediſti immobilem.

¶ Materia huius hymni eſt deprecatio quam facimus ad deum: vt ſicut deus pater fecit celum ⁊ terram: et diuiſit ſuperiora ab inferioribꝰ: ita ſua pietate noſtra peccata dimittat. Et ſicut dedit terram immobilem vt faceret fructū gratum: ita faciat membra noſtra acceptabilia ad fructificandum ſibi (O ingens cōditor telluris).i. totius orbis (qui eruens).i. diuidens (ſolum mundi ab aquis).ſ. ab inferioribus ⁊ a ſuperioribus (atq;) pro ⁊ (dediſti terram immobilem) ⁊ hoc (pulſis moleſtijs) ideſt elementis q̄ valde moleſta erant dum inter ſe eſſent confuſa ideſt ſimul mixta.

¶ Ut germen aptum proferens
Fuluis decora floribus:
Fecunda fructu ſiſteret
Paſtūq; gratum redderet.

¶ Ut) illa terra ſcilicet (proferens).i. producens (germen aptū).i. congruum hominibus (ſiſteret).i. permaneret (fecunda).i. abundās ⁊ fertilis (fructu) acceptabili. illa dico (decora) ideſt ſpecioſa (fuluis floribꝰ) ideſt rubeis ⁊ albis (q;) pro ⁊ (redderet gratum paſtum) acceptabilem tam hominibꝰ q̄; pecudibus.

¶ Mentis peruſte vulnera
Munda vigore gratie:
Ut facta fletu diluat
Motuſq; prauos atterat.

¶ O xp̄e (munda).i. purga (vulnera peruſte mentis) ideſt peccata vel flāmas anime peccatricis ⁊ hoc (vigore gratie) ideſt ſpiritus ſancti (vt diluat facta) ideſt emendet peccata cōmiſſa (fletu) ideſt gemitu. atterat ideſt auertat (prauos motus) ideſt refrenet noſtros prauos actus. ¶ Alias vigoris gr̄a ideſt mediante gratia ſancti ſpiritus q̄ eſt fons ⁊ origo totius gratie.

¶ Juſſis tuis obtemperet
Nullis malis approximet:
Bonis repleri gaudeat:
Et mortis actum neſciat.

¶ Et mens illuminata (obtemperet iuſſis tuis) ideſt obediat mandatis tuis (et non approximet) ideſt non accedat vel appropinquet (malis vllis).ſ. opibꝰ: ſed gaudeat impleri bonis opibꝰ (⁊ neſciat actū mortis).i. nō cognoſcat mortale pctm̄ vl' penas iferni



© Biblioteca Nacional de España

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ad horas nocturnas feria quarta. Surgentibus per noctis ſomnum ad confitenduȝ chriſto: petit peccatorum condonationem.

Rerum creatur optime
Rectorq; noſter aſpice
Nos a quiete noxia
Merſos ſopore libera.
¶ Te xp̄e ſancte poſcimus
Ignoſce tu criminibus:
Ad confitendum ſurgimus
Moraſq; noctis rumpimus.
¶ Mentes manuſq; tollimus
Prophetam ſicut nouimus:
Nobis gerendum precipit
Pauluſq; geſtis cenſuit.
¶ Uides malum quod geſſimus
Occulta noſtra pandimus:
Preces gementes fundimus
Dimitte quod peccauimus.

¶ Materia huius hymni eſt inuocatio ad deum vt dignetur criminibus noſtris ignoſcere: vt ſicut ſurgimus de lecto ⁊ rumpimus noctem: ſic xp̄s rūpat peccata (o optime creator omnium rerum) ⁊ o rector aſpice nos ideſt libera nos (a quiete noxia) q̄ que carnem oblectāt noxia ſunt ſancte anime. nos dico (libera) redime (merſos) ideſt obrutos (ſopore) ideſt peccato.
¶ Ideo poſcimus). i. deprecamur te o (ſancte xp̄e ignoſce). i. parce culpis omnibus (vel ignoſce tu criminibus) noſtris omnibus (ſurgimus) de virtute in virtutem. ſ. confitendo peccata ⁊ rumpimus moras). i. impedimenta (noctis. i. diaboli.
¶ Tollimus). i. ſubleuamus (mētes). i. cogitationes (⁊ manus). i. operationes (ſicut nouim⁹ ꝓphetam). ſ. dauid (qui precipit) ideſt iubet nobis (gerendū) ideſt faciendū dicens. media nocte. ⁊c̄. (⁊ paulus cenſuit) ideſt ſcripturis ſuis indicauit dicens. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere (geſtis) ideſt factis.

Ps. cxviij.

¶ O deus (vides malum quod geſſimus) ideſt fecimus ⁊ ideo (pandimus occulta noſtra) ideſt peccata. ſ. per confeſſioneȝ (gemētes) ideſt ſuſpirantes (fundim⁹ tibi preces) ⁊ ideo (dimitte) ideſt dona (quod peccauimus) ideſt deliquimus.

¶ Carmē eſt q̄le illud primo dieꝝ. Canit̄ ad laudes matutinas feria. iiij.

Nox ⁊ tenebre ⁊ nubila
Confuſa mundi ⁊ turbida:
Lux intrat: albeſcit pollus
Chriſtus venit diſcedite.
¶ Caligo terre ſcinditur
Percuſſa ſolis ſpiculo:
Rebuſq; iam calor redit
Uultu nitentis ſyderis.

¶ O (nox). i. diabole. ⁊c̄. Nox aliquando accipitur ꝓ ira. pro tempore: pro diabolo: ⁊ obſcuritate. ⁊ ideo (o tenebre). i. o peccata: ⁊ nubila diſcordie hereticorum (⁊ turbida mundi). i. turbationes ⁊ ſeditiones (cōfuſa). i. permixta (diſcedite). i. recedite. quia ſicut nox diem: ſic peccata iuſtitiam. ⁊ diabolus xp̄m fugit. Recedite inquā ⁊ bene debetis q̄ (xp̄s intrat) mētes fidelium (polus). i. corpus (albeſcit). i. niteſcit bonis opib⁹ quid dicā ꝑ ſingula (xp̄s venit) in corda noſtra.
¶ Caligo terre) ideſt obſcuritas noſtra (ſciditur). i. diuiditur. vel ſecta hereticoruȝ caligo dico (percuſſa radio ſolis aſpectu xp̄i) ideſt diuino verbo. ⁊ (calor). i. vigor ſpūs ſancti qui receſſit ꝓpter preſentiaȝ tenebrarū (iā redit) animabus noſtris (vultu nitētis ſyderis). i. ſplēdore ſpūs ſcti q̄ ē ver⁹ ſol.
¶ Additio. Rebuſq; iam calor reddit. Melius diceret color quia in nocte omnia videntur ſubnigra: et adueniente luce reddit color rebus: quem nox abſtulerat iuxta illud. Vergi. Et rebus nox abſtulit atra colorem.

Vergilius.

¶ Te chriſte ſolum nouimus
Te mente pura ꝛ ſimplici
Flendo canendo queſumus
Intende noſtris ſenſibus.
¶ Sunt multa fucis illita
Que luce purgentur tua:
Tu lux eoy ſyderis
Uultu ſereno illumina.

¶ O xp̄e nouimus te ſolum (redemptorē ꝛ illuminatorem (te) ꝛ non alium pura mēte ꝛ ſimplici).i.ſine ypocriſi (queſumus flendo) peccata canendo.i.laudando te (intende) idest prebe aſſenſum (noſtris ſenſibus) idest intentionibus.
¶ Multa).i.multe virtutes (ſunt illita nobis).i.iuncta vel vncta (fucis).i.falſis coloribus. Fucus dicitur falſus color qui mixtus inter veros colores obfuſcat eos (que) omnino (purgētur tua luce).i.tuo ſplendore.bene dico tua luce q̄ꝛ o tu xp̄e es lux (eoy ſyderis).i.orientalis.ſ.patris: ꝛ ideo (illumina nos ſereno vultu) idest claritate ſpiritus ſancti.

¶ Additio. Fucus color ceruleus eſt: naꝫ licet ſumatur pro animali furtim mella apum deuoranti: tamen ſecundum ſeruium herba eſt qua tinguntur veſtes ꝛ verus color amittitur ꝛ per tranſlationem ſumitur ꝓ fraude ſeu aſtucia ꝛ inſidijs quibus veritas occultatur vt Terē. fucū factū mulieri. inde eſt fuco.as. quod ē coloro.as. Uer.ij.georgi. Alba neqꝫ aſſirio fucatur lana veneno. inde etiam fucilis.pe.cor.i.falſus. Fucus. Fuco.as. Uergilius.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierū. Canitur ad horas veſpertinas quarta feria: in qua ſol ꝛ luna creati ſunt. itaqꝫ illorūꝫ officia cōmemorat petitqꝫ cor noſtrum illuſtrari.

O Eli deus ſanctiſſime
Qui lucidum centrū poli:
Candore pingis igneo
Augēs decoro lumine.

¶ Materia huius hymni eſt laus quā conſona voce.ſ.corde ꝛ opere tenemur deo perſoluere: ideo.ſ. quia ad vtilitatem nr̄i omnia conſtruxit ꝛ fecit vt celum ꝛ terram et multa alia. Primo fecit celum ꝛ terram: poſtea mare: quarta die ſolem ꝛ lunam. ꝛc̄. itē vt ad brauium ſue remunerationis nobis pateat acceſſus preterita ꝛ preſentia dimittendo peccata nos ad ſui amorem faciat peruenire (O ſanctiſſime deus celi qui pingis).i. decoras (lucidum poli centrum).i.ſpaciū vel punctum poli vel zodiacum per quem ſigna decurrunt. zodias animal interpretatur. centrū eſt medietas ſpere. Hic poſuit centrum pro celo idest partem pro toto (igneo candore).i.ſplendore tu dico (augēs decoro lumine) idest claritate.ſ.centrum poli cum pictura.ſ.claritate ſtellarum. Zodias. Centrum.

¶ Quarto die qui flāmeam
Solis rotam conſtituens.
Lune miniſtrans ordinem
Uagoſqꝫ curſus ſyderum.

¶ Tu qui conſtituens rotam ſolis flammeam).i.ardentem quarto die. Notanduꝫ eſt ꝙ per quattuor dies mundus ſine ſole permanſit. Prima die facta eſt angelica creatura. Secunda die celum ꝛ aer. Tertia die terra ꝛ aqua. Quarta die ſol ꝛ luna. Quinta die piſces ꝛ aues. Sexta die animalia ꝛ homines (et tu es miniſtrans) tribuens (ordinem lune ꝛ vagos) idest varios (ſyderum curſus) idest ſtellarum motus: quia non currūt curſu eodem ſemper ſtelle. vel quantum ad planetas eſt vagus curſus alius eſt enīꝫ curſus lune. alius curſus ſolis. alius ſyderum. Operatiōes dierum.

¶ Ut noctibus vel lumini
Direptionis terminum:

¶ Et quare: vt luna daret (terminum direptionis) idest ſeparationis vel diuiſionis noctibus, vel etiam lumini diei



© Biblioteca Nacional de España

vt daret notiſſimum ſignũ primordijs ideſt principijs (menſiuz) quia mẽſis habet .xxx. dies paulo plus vel minus.

Primordijs ⁊ menſium
Signum daret notiſſimum.

¶ Et quia tu feciſti hec omnia: illumia cor hominum ⁊ abſterge ſordes) ideſt prauas cogitationes mentium noſtrarum (reſolue culpe vinculum euerte moles criminum ).i. magnitudines peccatorum.

¶ Illumina cor hominum
Abſterge ſordes mentium:
Reſolue culpe vinculum
Euerte moles criminum.

¶ Carmẽ eſt quale illud primo dieruz. Canitur ad horas nocturnas feria quinta. Petim⁹ a chriſto per noctis tenebras vt animi caligine excuſſa: lumen gratie in nobis infundat.

¶ Materia huius hymni eſt rogare deum vt ipſe caliginem mentis ac corporis a nobis expellat. Rogamus etiam in hoc clemẽtiam dei vt nos defendat ab hoſte antiquo ⁊ expellat intrinſecam obſcuritatem ⁊ mentis ⁊ corporis caliginem ⁊ ſui luminis claritatem concedat (Atra nox) ideſt diabolus vel peccatum (contegit) ideſt obtenebrat (colores omnium rerum terre) quia noctis obſcuritas omnia contegit ⁊ colores herbarum ⁊ ceterarum rerũ in ſuis profundis tenebris obducit ⁊ ſepellit. Sed cum hoc ſit nunc ꝙ lucem ſyderis habeamus in mente ⁊ hoc in medijs noctibus ideſt qñ mundus ſedet in tenebris ⁊ plus ſemper creſcunt incendia carnis: ſurgamus confitẽtes deũ.ſ. iudicẽ cordiũ nr̃orum. ⁊ rogemus iudicẽ vt auferat a nobis caliginem peccatoꝝ. ⁊ det nobis ſue gratie dulcedinẽ. Et ideo cum nox atra cõtegit. i. tenebroſos reddit colores omniũ rerũ terre (nos cõfitentes) tibi peccata nr̃a (poſcimus te).i. poſcim⁹ ea q̃ ſunt vite. ſ. miſericordiã (te dico o iuſte iudex cordium). i. aiaꝝ nr̃aꝝ. ⁊ quare.

Nox atra rerum contegit
Terre colores omnium:
Nos confitentes poſcimus
Te iuſte iudex cordium.

¶ Ut auferas piacula) ideſt grauia peccata (⁊ abluas mentis ſordes) ideſt ſuggeſtiones diabolicas que pungũt nos. ⁊ (chriſte dones gratiaz) ſancti ſpiritus (vt crimina arceantur) ideſt expellantur. ⁊ quare.

¶ Ut auferas piacula
Sordeſq; mentis abluas
Doneſq; chriſte gratiam
Ut arceantur crimina.

¶ Dico ꝙ expellantur crimina. ⁊ quare? quia ecce mens impia) ideſt peccatrix (torpet) ideſt pigreſcit (quam mentem culpa noxia) ideſt mala (mordet) ideſt ligatam tenet (et mens geſtit) ideſt cupit (tollere) ideſt depellere a ſe (obſcura) ideſt peccata ⁊ geſtit te querere o redemptor.

¶ Mens ecce torpet impia
Quam culpa mordet noxia:
Obſcura geſtit tollere
Et te redemptor querere.

¶ Et quia geſtit te (repelle intrinſecus).i. examina (caliginem) cecitatem peccati) q̃ꝫ maxime) ideſt multum vt illa mens gaudeat ſe collocari in beato lumine) ideſt eterna beatitudine.

¶ Repelle tu caliginem
Intrinſecus q̃ꝫ maxime:
Ut in beato gaudeat
Se collocari lumine.

¶ Carmen eſt quale illud primo dieruz. Canitur ad laudes matutinas feria quinta. Ueniente luce petit a nobis abigi tenebras peccatorum cũ maxime habeamus iudicem cuncta cernentem.

© Biblioteca Nacional de España

LUx ecce ſurgit aurea
Pallens fatiſcat cecitas:
Que noſmet in preceps diu
Errore traxit deuio.

¶ Iſte hymnus continet idem cum ſuperiori hymno: ſed intentio verſus hec eſt. ſ. ne oculi peccent. Hic ponitur anapeſtus pro ſpondeo ⁊ ſpondeus ſecundo loco ponitur pro iambo. Nox vſq̧ modo texit colores terre: ſed modo diſcedit quia (ecce lux aurea) ideſt euangelica predicatio (ſurgit) in corda noſtra) ⁊ ideo omnis cecitas (pallens). i. diabolus (fatiſcat). i. euaneſcat. quia cecitas (traxit). i. duxit (noſmetipſos (in p̄ces). i. in ruinā vel ī p̄cipitiū (diu). i. multū d̄uio errore.

¶ Hec lux ſerenum conferat
Puroſq̧ nos preſtet ſibi:
Nihil loquamur ſubdolum
Voluamus obſcurum nihil.

¶ Dixit q̄ lux ſurrexit ⁊ ideo (hec lux conferat) nobis (ſerenum) ideſt virtutem ſpiritus ſancti ⁊ (preſtet nos puros) ideſt donet nobis puritatem anime (ſibi) ideſt ad honorem ſuum. ⁊ hoc ſic (vt nihil loquamur ſubdolum) ideſt deceptiuum (⁊ nihil voluamus obſcurum) ideſt nullum cogitemꝰ peccatum.

¶ Sic tota decurrat dies
Nec lingua mendax nec manus:
Oculi ne peccent lubrici
Nec noxa corpus inquinet.

¶ Tota dies) ideſt totum tempus vite noſtre (decurrat ſic) vt non loquendo ſubdolum (nec lingua mendax ſit) ideſt ne dicat mendacium (nec manus peccent) ideſt non faciant aut operentur aliquid mali (nec oculi lubrici peccent) ideſt videndo ⁊ concupiſcendo illicita (nec noxa) ideſt culpa) inquinet) ideſt non polluat corpus noſtrum.

¶ Speculator aſtat deſuper
Qui nos diebus omnibus:
Actuſq̧ noſtros proſpicit
A luce prima in veſperum.

¶ Et nolite peccare quia (ſpeculator) ideſt dominus (aſtat) ideſt ꝓſpicit (deſuper). i. d̄ celo (qui nos omnibꝰ diebus) ideſt quottidie ⁊ (actus nr̄os ꝓſpicit). i. videt ⁊ cōſiderat (a prima luce) ideſt a natiuitate (in veſperum) vſq̧ in noctem.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierū. Canitur ad horas veſpertinas quinta feria. quo die quia ex aqua piſces ⁊ aues create ſunt: petit vt non deprimamur peccato nec extollamur ſuperbia.

MAgne deus potentie
Qui ex aquis ortum genus:
Partim remittis gurgiti
Partim leuas in aera.

¶ In hoc hymno continetur quid deus fecit in quinto die. ſ. creauit piſces ⁊ aues ex aq̄ ⁊ ipſorum que ex aqua fecit parti imiſit gurgiti vt piſces: partiꝫ leuauit in aera vt aues. Creauit quoq̧ cete grandia benedixitq̧ eis dicens. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete aquas maris: aueſq̧ multiplicentur ſuper terram. Piſces ⁊ aues de aqua ſunt orti. ſed aues non comeduntur in omni tempore vt piſces. quod ideo fit: q̄r aues per coitum generantur: vt ⁊ nos generamus: quod nō eſt ī piſcibus: vel quia ſunt calidioris nature. Intendit etiā auctor rogare deum vt nos qui ſumus abluti ſacro baptiſmate ſic ſeruet: vt neſciamus lapſus criminum ⁊ vt mala culpa non dep̄mat nos ideſt criminalia peccata. (O deus magne potentie qui remittis genꝰ) ideſt piſces ⁊ aues. genus dico (ortū ex aquis). ſ. baptiſmatis (partim gurgiti) ideſt in mari ideſt in inferno vt piſces. i. malos homines (⁊ leuas partim in aera) vt aues ideſt bonos homines q. d. Sicut in aere aues collocaſti: ita in celo homines vel ſanctos.

Natura piſciū ⁊ auium vna.

¶ Dimerſa limphis imprimens
Subuecta celis irrogans:

¶ Tu dico (imprimens) ideſt ſubmergens (dimerſa) ideſt deorſuꝫ merſa vt piſces ideſt malos homines (lymphis) ideſt aquis iſer-



© Biblioteca Nacional de España

nalibus(⁊ irrogans) ideſt ſubleuans (ſub uecta) ideſt ſurſum vecta vt aues .i. puros homines(prodita) ideſt orta(vna ſtirpe).i. vno baptiſmate renati(rapiant) ideſt accipiant(diuerſa loca) vt aera ⁊ aquam ideſt vitam eternam aut eternam damnationem.

Ut ſtirpe vna prodita
Diuerſa rapiant loca.

¶ Et tu que omnia feciſti largire) ideſt tribue hoc.ſ. (neſcire lapſus criminum) ideſt caſum illum: qui in baptiſmo dimiſſus eſt (cunctis ſeruulis) tuis(quos vnda ſanguinis) tui mundat a peccato nec pro ⁊ nõ tribue nos(ferre) ideſt portare vel habere (tedium mortis) ideſt penam diaboli.

¶ Largire cunctis ſeruulis
Quos mundat vnda ſanguinis:
Neſcire lapſus criminum
Nec ferre mortis tedium.

¶ Ad hoc largire(vt culpa) ideſt graue peccatum(nõ deprimat) ideſt aggrauet vel aggrauat vllum chriſtianum (⁊ iactantia) ideſt ſuperbia de bonis(non leuet) ideſt nõ tollat vllum(⁊ mens eliſa) ideſt percuſſa vl' vulnerata a vitijs (ne concidat) ideſt non incidat in deſperationem(ne),ꝓ ⁊(elata mens).i. inflata ꝑ ſupbiaꝫ(ne corruat) in īfernū.

¶ Ut culpa nullum deprimat
Nullum leuet iactantia:
Eliſa mens ne concidat
Elata mens ne corruat.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierū. Canitur ad horas nocturnas feria ſexta. petit a deo medicinam peccatorum iam preteritorum: ⁊ antidotum quo premuniamur ab inſtantibus peccatis.

¶ In hoc hymno nos hortatur auctor de ſomno ſurgere ⁊ medelam vitiorum querere. intendit etiam in hoc hymno ipſam trinitatem laudare vel inuocare per quā mundus regitur vt impleat nos ſuo lumine: vt q̇cq̇d peccauimꝰ fraude demonū ipſe xp̄s abſtergat celitꝰ. O(tu vnitas).i. o tu ſctē ſpūs q̇ procedis a pr̄e ⁊ a filio(trinitatis) vnus deꝰ in trinitate(q̇ regis).i. q̇ gubernas(potēter) ideſt potētia tua(orbē).i. mundū(intēde).i. reſpice vel auſculta (laudū cātica).i. carmina hymnoꝝ noſtrorum(que) cātica(excubātes).i. vigilantes(pſallimus).i. cantamus.

O Tu trinitatis vnitas
Orbem potēter qui regis:
Attende laudum cantica
Que excubantes pſallimus.

¶ Nam conſurgimus omnes lectulo) ideſt deſida. Lectus dicitur ab electis ⁊ mollibꝰ herbis ſuper quas antiqui requieſcebant (quieto tempore) ideſt in horis noctis. ⁊ ad quid(vt flagitemꝰ) ideſt imploremus (a te medelā omniū vulnerū).i. indulgentiā omnium peccatorum noſtrorum.

Lectꝰ vnde.

¶ Nam lectulo conſurgimus
Noctis quieto tempore:
Ut flagitemus vulnerum
A te medelam omnium:

¶ Quo pro. vt. ⁊ (vt poteſtas glorie tue) ideſt tue laudis (abſtergat) ideſt abluat (celitus) ideſt diuinitus illud peccatum et quicq̇d vitiorum).i. peccatoꝝ (deliquimꝰ) ideſt fraude vel deceptione demonū peccauimus in noctibus.i. in tenebris vitiorum.

¶ Quo fraude quicquid demonū
In noctibus deliquimus:
Abſtergat illud celitus
Tue poteſtas glorie.

¶ Ne),ꝓ ⁊.⁊ ꝓ nõ(nr̄m corpus nõ ſit ſordidū).i. pollutū vel fetidū(nec torpor) ideſt pigritia vel malicia (cordium) noſtrorum (inſtet nobis ⁊ ardor ſpūs) ideſt amor vel

¶ Ne corpus adſit ſordidum
Nec torpor inſter cordium:

© Biblioteca Nacional de España

Nec criminis contagio
Tepeſcat ardor ſpiritus.

gratia ſpũs ſancti (non tepeſcat) ideſt nõ deficiat in nobis (contagio) ideſt propter maculã vel inquinationem (criminis) .i. peccati.

¶ Ob hoc redemptor queſumus
Reple tuo nos lumine:
Per quod dierum circulis
Nullis ruamur actibus.

¶ Ut amor tue gratie non deficiat in nobis (ob hoc) ideſt ꝓpter hoc (o redemptor queſumus te reple nos tuo lumie) ideſt ſplẽdore (per quod) lumen (non ruamur vllis actibus) ideſt non cadamus vllis peccatis (circulis dierum) ideſt in reuolutionibus dierum.

¶ Carmen eſt quale illud primo dieruꝫ. Canitur ad laudes matutinas feria ſexta: quia iam lux ſolis aduentat. petit vt illuſtremur diuina luce quo permaneamus in ſpe fide ⁊ charitate.

Eterna celi gloria
Beata ſpes mortalium:
Celſitonantis vnice
Caſteqꝫ proles virginis.

¶ Materia huius hymni eſt inuocatio ad chriſtum filium beate marie virginis vt dignetur nobis ſuam miſericordiam tribuere ⁊ dexteram porrigere vt mereamur corroborationem fidei ſpei ⁊ charitatis obtinere. o chriſte tu dico (eterna gloria celi) ideſt angelorum vel quia pater per te glorificatur ⁊ (o beata ſpes mortalium) .i. xp̃ianorũ ⁊ (o vnice celſitonantis) ideſt celeſtis patris ſecundum diuinitatem ⁊ (o proles) ideſt fili (caſte virginis) ſecundum humanitatem.

¶ Da dexteram ſurgentibus
Exurgat ⁊ mens ſobria:
Flagranſqꝫ in laudem dei
Grates rependat debitas.

¶ Da dexteram) ideſt auxiliũ tuum nobis (ſurgentibus) a vitijs (⁊ ita mens noſtra ſobria) ideſt abſtinens (exurgat) .ſ. ad laudeꝫ tuam (qꝫ) pro ⁊ illa flagrans) ideſt ardens (in laudem) ideſt cõmemorationem dei (rependat) ideſt ꝓſoluat (debitas grates) ſcilicet hymnis ⁊ canticis deo omnipotenti.

¶ Ortus refulget lucifer
Sparſamqꝫ lucem nunciat:
Cadit caligo noctium
Lux ſancta nos illuminet.

¶ Lucifer) .ſ. ſtella matutina) ideſt chriſt⁹ natus refulget ⁊ nunciat mundo (lucẽ ſparſam) ideſt natam ⁊ vndiqꝫ diſperſam. ⁊ vere nunciat: quia caligo noctium) ideſt obſcuritas diaboli (cadit) ideſt recedit. ⁊ ideo (lux ſancta) ideſt chriſtus qui eſt lux ſanctificata (nos illuminet) lumine ſpiritus ſancti ⁊ ſanctificet nos ⁊ ſaluet nos.

¶ Maneſqꝫ noſtris ſenſibus
Noctem repellat ſeculi:
Omniqꝫ fine diei
Purgata ſeruet pectora.

¶ Et ipſa lux manens) ideſt permanens in (noſtris ſenſib⁹) ideſt in nobis: quia habemus quinqꝫ ſenſus corporeos (repellat) a nobis (noctem) ideſt diabolum (ſeculi huius) ideſt mundi. ⁊ illa lux (ſeruet pectora) noſtra (purgata) a vitijs (omni fine diei) ideſt omni tempore vite noſtre.

¶ Queſita iam primum fides
Radicet altis ſenſibus:
Secunda ſpes congaudeat
Qua maior extat charitas.

¶ Fides) queſita a nobis in baptiſmo (iã primum) ideſt cito ideo dicit (primuꝫ) quia fides prima cognominatur inter virtutes ĩ illo loco: vbi dicit. Fides ſpes. ⁊c̃. (radicet) ideſt ponat radices (ſenſib⁹ noſtris (altis) ideſt profundis (ſecunda ſpes) ideſt ꝓſpera per quam ſpem ſperamus vitam (cõgaudeat) ideſt ſimul letetur ⁊ creſcat (qua) .ſ. ſpe: ⁊ etiam fide charitas extat maior. iuxta illud apoſtoli. Maior autem horum eſt charitas. Apoſtol⁹. j. capitulo. iiij

Legitur etiam queſita iam ꝓde fides ⁊ fecunda ſpes cõ. i. fertilis cũ meritis bonorũ operũ. Additio.



© Biblioteca Nacional de España

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canit᷑ ad horas veſpertinas feria ſexta. Quo die quia beſtie ⁊ reptilia cum homine creata ſunt propter hominem: purgari a peccato ⁊ donari eternis premijs petit.

Plaſmator hominis deus
Qui cuncta ſolus ordinans:
Humum iubes producere
Reptantis ⁊ fere genus.

¶ In hoc hymno cognoſcitur illud quod fecit deus in ſexta die: creatis ſiquidem reptilibus. ſ. piſcibus: auibus: et alijs beſtijs: ſexta die formauit deus adam ⁊ prefecit eū omnibus animalibus dicēs. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram: ⁊ dominamini piſcibus maris ⁊ volatilibus celi ⁊ vniuerſis que viuunt ſuper terram: poſuitq; eū in paradyſo delitiarū vt operaret᷑ ⁊ cuſtodiret illud. Intendit itaq; auctor rogare deum: vt ſicut fecit hominē ſupiorē cūctis animātibus: ſic faciat vt nō ſitiferior aialib⁹ ꝓpter peccata ſua. ¶ Querit᷑ cur de⁹ hoies creauit quos malos futuros pſciebat: q2 ſicut puidit qd mali eſſent facturi: ſic etiā puidebat de malis factis eoꝝ quid boni ipſe factur⁹ eſſet: vel q̄ boni hoies eſſent futuri. O (de⁹ plaſmator). i. creator (hominis). ſ. ade (qui ſol⁹ ordinans cūcta). i. diſponēs (iubes ꝓducere). i. ꝓcreare ꝑmittis (humū). i. terrā. vel humū ideſt eccleſiā. ſ. bonos ⁊ malos homines. Eccleſia ē cōgregatio fideliū (gen⁹ reptātis) vt ſerpentum (⁊ fere) ideſt beſtiarum.

Quare de⁹ creauit futuros malos.

Eccleſia.

¶ Qui magna rerum corpora
Dictu iubentis viuida:
Ut ſeruiant per ordinem
Subdens dediſti homini.

¶ Et o tu deus qui feciſti (dictu iubentis) ideſt verbo tuo precipientis (magna corpora) ideſt iumenta pecora beſtias omniū ſpecierum diuerſarum (viuida) ideſt animata (⁊ ſubdēs) ideſt ſupponens illa animalia (dediſti homini vt ſeruiant per ordinem) ideſt vt omnia animalia ſuppoſita ſint homini quedam vt homines illa animalia comederent ſcilicet boues oues lepores ⁊ porcos ⁊ talia. ⁊ alia vt illis vterentur ⁊ illa equitarent: vt equos ⁊ mulos ⁊ ſic de ceteris.

¶ Repelle a ſeruis tuis
Quicquid per inmundiciam:
Aut moribus ſe ſuggerit
Aut actibus ſe interſerit.

¶ Et o deus (repelle a ſeruis tuis quicquid ſuggerit) ideſt infert (ſe per immundiciam) ideſt per aliquam ſuperfluitatem culpā vel turpitudinem vel per ſordidā comeſtionem (aut moribus) ideſt ꝑ prauā cōſuetudinē: vt cū aliqnis poſtq̄ incepit peccare nequit ſe abſtinere: ſed vult ſemꝑ perſeuerare (aut interſerit ſe) ideſt miſcet (actibus) ideſt operationibus. ſ. cum mala facimus.

¶ Da gaudiorum premia
Da gratiarum munera:
Diſſolue litis vincula
Aſtringe pacis federa.

¶ (Da premia) ideſt remunerationem gaudiorum) eternorum (da munera gratiarū) ideſt dona ſpiritus ſancti (diſſolue vincula litis) ideſt diſliga vel diſrumpe peccatū odij (aſtringe) ideſt cōiunge federa pacis) ideſt contubernia ſuperne pacis.

¶ Carmē eſt quale illud primo dierū. Canitur ad horas nocturnas die ſabbato. Surgentibus nocte ad cantandū: petit vt ardentes igne ſpiritus ſancti vitam eternam mereamur.

Summe deus clementie
Mundiq; factor machine:

¶ Materia huius hymni eſt cognitionem habere trinitatis in vnitate ⁊ vnitatis in trinitate. Intendit etiam auctor rogare deum

© Biblioteca Nacional de España

Unus potentialiter
Trinus perſonaliter.

ut cingat lumbos noſtros cingulo caſtitatis ⁊ adurat ideſt inflamet vel repleat corda noſtra igne ſpiritus ſancti vt caſto corpore et mundo deo ſeruire mereamur. (O deus ſumme clementie) ideſt alte pietatis ⁊ o (factor) ideſt compoſitor (machine) ideſt ſtructure (mundi tu dico vnus potentialiter) ideſt in potentia ſecundum diuinitatem (⁊ trinus perſonaliter) ideſt trinus in perſonis.

¶ Noſtros pius cum canticis
Fletus benigne ſuſcipe:
Quo corde puro ſordibus
Te perfruamur largius.

¶ Et tu pius) nominatiuus pro vocatiuo ſuſcipe benigne noſtros fletus) ideſt lachrymas (cum canticis) ideſt cum hymnis vel laudibus (quo) pro vt (fruamur te largi⁹) ideſt amplius. ⁊ hoc (corde puro) ideſt mūdo (ſordibus) ideſt a vitijs.

¶ Lumbos iecurq; morbidum
Adure igne congruo:
Accincti vt ſint perpetim
Luxu remoto peſſimo.

¶ Adure) ideſt accende (igne congruo). i. ſpiritu ſancto (lumbos noſtros ⁊ iecur) ſcilicet epar morbidum ad morbum ⁊ peccatum inclinatū. Et nota q̄ hec tria iecur: cerebrū lumbi cogunt hominem peccare vt ſint accincti ideſt vt lumbi ſint caſti contra libidinem (perpeti) ideſt ſemper (remoto peſſimo luxu) ideſt iniquo luxu. ideſt remota peſſima luxuria. ⁊ alia vitia ſint procul.

Tria cogūt hominē peccare.

¶ Ut quiq; horas noctium
Nunc concinendo rumpimus:
Donis beate patrie
Ditemur omnes affatim.

¶ Ut quiq; ideſt quicunq; (concinendo) ideſt pſallendo (rumpimus) ideſt dum vigilamus. ſ. diuidimus horas noctium omnes ditemur. diuites efficiamur (afatim) ideſt abundanter (donis beate patrie) ideſt beatitudine. ſ. patrie celeſtis.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ad laudes matutinas die ſabbato. facta mentione lucis aduentantis: petit illuſtrari diuina luce vt fruamur cognitione dei poſt mortem.

Aurora iam ſpargit polum
Terris dies illabitur:
Lucis reſultat ſpiculum
Diſcedat omne lubricum.

¶ Hymnus iſte continuatur ſuperiori: ita nos rumpimus horas noctium vt nos omnes ditemur ideſt diuites ſimus in chriſto ⁊ ecce aurora ideſt chriſtus iam ſpargit poluꝫ ideſt illuminat corda hominum. Hortatur etiam nos vt taliter nos habeamus in hoc ſeculo vel in mane vt ad illud vltimū mane venire poſſimus ⁊ audire mereamur. ſ. Uenite benedicti patris mei. ⁊c̄. nam finito mundi termino peccatores perpetue tenebris obſcuritatis tradentur. Fidelibus vero ⁊ iuſtis qui in hac vita ſunt non in nocteꝫ: ſed in lucem gloriam ⁊ premiū effluet. i. abundanter clareſcet. ⁊ hoc eſt quod precamur (Aurora). i. chriſtus (ſpargit polum) ideſt illuminat mentes vel eccleſiam (⁊ dies illabitur) ideſt imergit (terris ⁊ ſpeculum) ideſt pulchritudo vel aſpectus lucis. i. claritas reſultat. et ideo (omne lubricum) ideſt omne peccatum (diſcedat a nobis.

¶ Phantaſma noctis decidat
Mentis reatus ſubruat:
Quicquid tenebris horridum
Nox attulit culpe cadat.

¶ Phantaſma) ideſt phantaſia vel illuſio noctis) ideſt diaboli (decidat) ideſt cadat vel ruat (reatus) ideſt culpa (mentis ſubruat) ideſt cadat a nobis (⁊ quicquid horridum) ideſt difforme (culpe nox) ideſt diabolus vel nocturna cogitatio (attulit nobis in tenebris) cadat a nobis.

© Biblioteca Nacional de España

¶ Ut mane illud vltimum) ideſt iudiciū futurum vel charitas ideſt aduentꝰ xp̄i (qđ mane cernui) ideſt inclinati (preſtolamur) ſperamus vel ſpectamus (effluat) ideſt eueniat (nobis in lucem dum hec) ideſt nox (cōcrepat ideſt reſonat (canore) ideſt cantu vel laude.

¶ Ut mane illud vltimum
Quod preſtolamur cernui:
In lucem nobis effluat
Dum hoc canore concrepat.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canit̄ ad horas veſptinas die ſabbato: quia iā ſol tendit ad occaſū. petit diuino lumīe illuſtrari: hortaturq̄ deum omni tempore laudare.

¶ In hoc hymno materia ſumitur circa qualitatem temporis die recedente ⁊ nocte adueniente. intendit inuocare trinum deū in perſonis ⁊ trinitatem in vnitate vt fundat in cordibus noſtris lumen ſpiritus ſancti vt ſupplices mereamur laudare deum. ſ. in proſperis ⁊ in aduerſis. et ita cōcedat nobis tranſire diem ⁊ noctem ſine peccato ⁊ ſine impedimento ſathane. ⁊ hoc eſt (o beata trinitas) ideſt o deꝰ lux hominum vel mūdi vel angelorum (⁊ vnitas ꝓncipalis). i. q̄ habet ꝓncipatū ſup angelos (ſol). i. xp̄s (igneꝰ recedit) a nobꝭ iā ideo (īfunde lumē). i. ſpū̄ ſctū̄ (cordibꝰ nr̄is). i. ſenſibus vt illud hr̄e mereamur.

O Lux beata trinitas
Et principalis vnitas:
Jam ſol recedit igneus
Infunde lumen cordibus.

¶ Dico infunde ſpiritum ſanctum vt depꝛecemur te ⁊ vt adiuues nos in principio vel mane ideſt in tempore matutino laudū (carmine) ſero mane meridie ⁊ tota die debemꝰ laudare deum. ⁊ orare per ſingulas horas. ſ. quotidie ⁊ omnibus horis ⁊ in omni tempore. Unde ait propheta. Ueſpere ⁊ mane meridie. ⁊c. (deprecemur veſperi) ideſt in fine mundi (noſtra ſupplex) ideſt humilis gloria laudet te ꝑ cuncta ſecula) ideſt per omnia ſecula ⁊ hoc perpetue ideſt ſine fine.

¶ Te mane laudum carmine
Te deprecemur veſperi:
Te noſtra ſupplex gloria
Per cuncta laudet ſecula.

¶ Carmen eſt dimetrum iambicum magna ex parte cacometrum. Canitur aduentus tempore: itaq̄ ⁊ incarnationis chriſti ⁊ vtriuſq̄ aduentus illius mentionem facit.

¶ Materia huius hymni eſt de aduētu xp̄i ⁊ de incarnatione eiuſdem: quia deus deſcēdens de celo ſe exinaniuit formam ſerui accipiens. ⁊ humiliauit ſe vſq̄ ad mortem et qualiter egreſſus eſt d̄ honeſtiſſima clauſula virginis tanq̄ ſponſus de thalamo ſuo. cui ſponte omnia obediunt ſcilicet terreſtria celeſtria ⁊ infernalia. Intēdit etiam rogare deū vt ꝑ hanc incarnationem noſtras preces exaudire dignetur ⁊ a ſagitta diaboli liberare. O (cōditor) qui eſt compoſitor (alme ſyderū) ideſt ſtellarum. o (eterna lux credentium) ideſt chriſtianorum fidelium. o (xp̄e redemptor omnium) hominum (exaudi preces ſupplicum) ideſt humilium tibi ſupplicantium.

C Onditor alme ſyderum
Eterna lux credentium:
Chriſte redemptor omnium
Exaudi preces ſupplicum.

¶ Additio. Conditor quid ⁊ vnde vide ſupra in hy. Eterne rerū cōditor. Almus autem ab alendo dicitur. alit autem cōditor noſter. i. creator deus omnia q̄ condidit
Almus vñ. per cōſeruationē. quia ſicut ſine ipſo factū eſt nihil: ita ſine ciꝰ cōſeruatione nihil permaneret in eſſe iuxta illud Uergilij. vi. enei. Pricipio celū ⁊ terras campoſq̄ liquentes. Luc q̄ g.
Uergilius. l. t. q̄ a. Spūs intus alit. ⁊c. eſt aūt ꝓprium dei epithetum ⁊ attributum eſſe almum. Syderum autem dicit notāter. nam ſi ſuperorum eſt conditor. ergo ⁊ inferiorum. vt explodatur hereſis negātiū deū viſibiliū eſſe cōditorē. et eorum qui ſydera ⁊ planetas adorant. aut ob-

© Biblioteca Nacional de España

ſeruant. Eterna lux credentium tangitur in his verbis ſecundum dei beneficium. ſ. reforma-
tionis. quia primum fuit formationis. Chriſtus dicitur a chriſmate. i. vnctione ⁊ interpre-
tatur vnctꝰ: qꝛ illi eſt regale ſacerdotium in eternū ſm ordinem melchi. Redemptor vero Chriſtus.
dicitur a redimēdo. redimo vero a re ⁊ emo. per interpoſitionē. d. euphonie cauſa vt eſt in Redēptor.
redeo. bene dicitur redemptor quia precio ſanguinis ſuos a captiuitate liberauit. quod ſū- Redimo.
mum eſt beneficium ſecundū aug. Exaudire. plus eſt quam audire. quia audit deus omnes Exaudire.
⁊ exaudit in nomine ſuo petentes. dicit preces ſupplicum. nam deus humilia reſpicit: dan-
do gratiam. alta vero alonge cognoſcit.

¶ Qui condolens interitu
Mortis perire ſeculum:
Saluaſti mundum languidum
Donans reis remedium.

¶ Qui condolens) ideſt nobiſcum dolens vel cōpatiēs (ſeculum) ideſt ſeculares (perire interitu) ideſt pena infernali (ſaluaſti) ideſt liberaſti de poteſtate diaboli (mundu3 languidu3) ideſt lāguētē in peccatis (donās remedium). i. redemptionem tui ſanguinis (reis) ideſt peccatoribus.

¶ Additio. Seculū dicitur a ſequēdo ſe eo quod ſequatur atqꝫ in ſe reuoluatur. eſt autē Seculum.
proprie ſcl3 ſpacium centū annorum vt videre eſt in carmine ſeculari hora-
tij. Reus dicitur quicūqꝫ rem ſuam defendit in iudicio ⁊ licet innocens ſit quia contra reu3 Reus.
ſemper eſt preſumptio. accipitur pro nocēte vnde dicitur reus eſt mortis.

¶ Vergente mundi veſpere
Vti ſponſus de thalamo:
Egreſſus honeſtiſſima
Virginis matris clauſula.

¶ Vergente mundi veſpere) ideſt appropiquāte vel declinante fine mūdi: es ſic (egreſſus) ſupple (vti) pro ſicut (ſponſus) egreditur (de thalamo) egreſſus inqꝫ de honeſtiſſima) ideſt de caſtiſſima (clauſula) ideſt clauſtro (virginis marie) matris tue.

¶ Additio. Vergente a vergo. is. ſi. vel
xi. quod eſt inclinare deſcēdit. vergente er-
go. i. appropinquante ad fine3. vnde apoſtolus. poſtqꝫ venit plenitudo temporis miſit deꝰ Vergo, is.
fi. ⁊c. clauſula. ſignanter dixit quia de ea dictum ē mulier circundabit virum. non eni3 alia
vnqua3 circundedit ſaluis videlicet pudicitie virginalis clauſtris.

¶ Cuius forti potentie
Genu curuantur omnia:
Celeſtia terreſtria
Nutu fatentur ſubdita.

¶ Et ideo quia egreſſus es: vel quia ſaluaſti mundum (forti potentie cuius) ideſt xpi (omnia curuantur genu) ideſt laudādo ip3 (celeſtia). i. angeli (terreſtria). i. homines (fatentur ſubdita) ideſt confitentur illi ſubiecta eſſe (nutu) ideſt ſponte ⁊ ad ſuam voluntatem. ⁊ quia obediunt noſtro ſaluatori. ⁊ omnia clamant deus me fecit ideo te d-precamur.

¶ Te deprecamur agie o ſanto
Venture iudex ſeculi:
Conſerua nos in tempore
Hoſtis a telo perfidi.

¶ Ergo quia ita eſt (deprecamur te o agie) ideſt o ſante (venture iudex ſeculi) ideſt ad iudicium (conſerua nos in tempore) in hac vita (a telo hoſtis perfidi) ideſt a ſuggeſtione diaboli qui ſagita dicitur.

¶ Laus honor virtus gloria
Deo patri ⁊ filio:
Sancto ſimul paraclito
In ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Et quia deus miſit filium ſuum chriſtu3 vt nos redimeret: referamus gratias ei (lauꝰ honor virtus gloria deo patri ⁊ filio ſancto ſimul paraclito) ideſt conſolatori (in ſempiterna ſecula amen.) ideſt ſine fine.

© Biblioteca Nacional de España

¶ Carmē eſt quale illud primo dierū. Canitur tēpore aduētus xp̄i. itaq̄ cōmemorata illius eterna generatione primi aduentus in quo carnem aſſumpſit: ⁊ ſecundi quo venturus eſt meminit.

VErbum ſupernum ꝓdiens
A patre olim exiens:
Qui natus orbi ſubuenis
Curſu decliui temporis.

¶ Iſte hymnus agit ď ſupradicta materia ⁊ continuatur ſuperiori: ita chriſtus egreſſus eſt de vtero virginali vti ſponſus ď thalamo ſuo. ⁊ ideo omnia ei humiliātur. ⁊ nō eſt mirum quia ipſe deſcendit de patre. i. de celo. ⁊ hec eſt reſponſio contra hereticos q̇ dicebant xp̄m veniſſe ſed non de patre. quibus reſpōdendū eſt. O ſupnū verbū) .i. dei filiꝰ (ꝓdiēs) .i. manifeſtās te ineffabiliter (a patre oli exiēs) qn̄ incarnatꝰ es (qui de matre natꝰ (ſubuenis) .i. ſuccurris (orbi) perdito (curſu) ideſt plenitudine (tēporis decliui) ideſt proni vel declinati ad finem ſeculi.

¶ Illumina nunc pectora
Tuoq̄ amore concrema:
Audito vt preconio
Sint pulſa tandem lubrica.

¶ Et tu q̇ es talis illumina nūc in preſenti tuo lumine noſtra pectora (et concrema) .i. accende (tuo amore) ideſt tua gratia (vt audito preconio) ideſt predicatione apoſtolorum: vel audito preconio prophetarum (lubrica) ideſt peccata (ſint pulſa) a noſtris cordibꝰ (tandē) in fine ſepationis corpis ⁊ aic.

¶ Iudexq̄ cum poſt aderis
Rimari facta pectoris:
Reddens vicem pro abditis
Iuſtiſq̄ regnum pro bonis.

¶ Et o tu ſupernum verbum) ideſt o fili ďi (cum aderis) ideſt affueris vel aduenerīs (iudex poſt) ideſt i fine mūdi (rimari) ideſt experiri vel inquirere (facta pectoris) ideſt peccata cogitationum. (et ſis reddens vicē) ideſt remunerationem (pro abditis) ideſt pro occultis peccatis. (⁊ iuſtis) ideſt ſanctis regnū eternum pro bonis operibus que in preſenti ſeculo operati ſunt.

¶ Non demum arctemur malis
Pro qualitate criminis:
Sed cum beatis compotes
Simus perēnes celibes.

¶ Et non arctemur) ideſt non conſtringamur (demum) ideſt ad vltimum maluꝫ (ꝓ qualitate criminis) ideſt pro magnitudine vel cumulo peccatorum (ſed ſimus compotes) ideſt ſimul potētes ſimus (cum beatis) ideſt ſctis (perēnes) .i. perpetualiter vel perēnes ideſt habitatores celoruꝫ (celibes) ideſt celeſtem vitam ducentes.

¶ Carmen eſt dimetrū iābicū ex parte cacometrū. Canit̄ aduentus xp̄i tpe. Et facit mētionē vtriuſq̄ aduētꝰ ſicut in ſupioribꝰ hymnis factū eſt.

VOx clara ecce intonat
Obſcura queq̄ increpat:
Pellantur eminus ſomnia
Ab ethere xp̄s promicat.

¶ Materia huius hymni idem eſt quod in ſupradicto hymno. dictum ē ſuperius q̄ xp̄s venit olim a patre: quia ecce vox ideſt predicatio xp̄i intonat (ecce clara vox) ideſt ioānes celeſtis (intonat) ideſt terribiliter p̄dicat de nube carnis penitentiam (et increpat queq̄ obſcura) ideſt omnia vitia vel peccata. ⁊ ideo omnia (ſomnia) .i. vana ⁊ muta peccata (pellant̄ eminus) .i. longe qr (xp̄s iam ꝓmicat) .i. fulget ab ethere) .i. de celo .i. vel a diuina ſcriptura. ¶ Eminus pe. co. ſignificat de longinquo loco. q. extra manens vel. q. e manibus vt telum quod eminus iacitur.

Eminus. Vox perfecta eſt alta: clara: ſuauis alta vt clamare in ſublimis ſufficiat. clara vt aures audientium adimpleat. ſuauis vt aures audientium blandiatur. Si quid ex his defuerit perfecta vox non erit. Hec Iſidorus.

© Biblioteca Nacional de España

¶ Mens iam reſurgat torpida
Que ſorde extat ſaucia:
Sidus refulget iam nouum
Ut tollat omne noxium.

¶ Et ideo (mens noſtra torpida) ideſt pigra (reſurgat) a vitijs (que mens extat ſaucia) ideſt manet vulnerata (ſorde) ideſt peccato. bene dicit ꝙ ſurgat mens quia (ſydꝰ) ideſt xp̄s (refulget) per ſpiritum ſanctū (nouum) ideſt de virgine natuꝫ (vt tollat) ideſt remoueat a nobis) omne noxium) ideſt peccatum.

¶ E ſurſum agnus mittitur
Laxare gratis debitum:
Omnes pro indulgentia
Uocem demus cum lachrymis.

¶ Agnus) ideſt dei filiꝰ (mittitur eſurſū) ideſt de celis (laxare) ideſt cōdonare (debitum) ideſt originale peccatuꝫ vel penas peccati (gratis) ideſt dono vel ſponte ſua: ⁊ ſine aliqua remuneratione. ⁊ ideo (omnes ȯmnis vocem cum lachrymis) ideſt confeſſionem peccatorum (pro indulgentia) ideſt ꝑ remiſſione peccatorum.

¶ Secundo vt cum fulſerit
Mundūq̧ horror cinxerit:
Non pro reatu puniat:
Sed pius tunc nos protegat.

¶ Bene dico demus vocem cum lachrymis: vt cum ille agnus (fulſerit) ideſt fulgēs aduenerit (ſecundo) ideſt aduentu. i. in iudicio ⁊ (horror) ideſt pauor illius (cinxerit) ideſt circūdederit (mundum). i. mundanos (nos non puniat). i. non dānet (pro reatu) ideſt pro peccato (ſed pius). i. xp̄s ꝓpitius nobis (nos tunc protegat) ideſt defendat a poteſtate diaboli.

¶ Laus honor virtus gloria
Deo patri ⁊ filio. ſancto ſimul ⁊c̄.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ad horas diurnas tēpore natalis chriſtiāi: in quo duplicis ortus eius mentionē facit: in tempore a matre: eternaliter a patre.

Ueni redemptor gentium
Oſtende partum virginis:
Miretur omne ſeculum
Talis decet partus deum.

¶ Materia huius hymni eſt inuocatio ad deum vt veniat oſtendere partum virginis ſed non ex virili ſemine: ſed diuino ſpiritu cooperante eſſe factum. ⁊ qualiter egreſſus eſt a patre: ⁊ regreſſus ad patrem ⁊ qualiter eſt equalis patri ⁊ loquitur de preſenti quaſi de futuro. Uel poſſumus dicere ſm lr̄aꝫ. Ueni redēptor gentiū). i. oſtēde te illis q̇ in mundo habuerūt noticiā tui. hoc eſt. veni redēptor. (O xp̄e redēptor gētiū). i. gētiliū vel iudeorū (veni) in mētibꝰ nr̄is (⁊ oſtēde partū ꝟginis) marie. ⁊ ideo (oīne ſcl̄ꝫ). i. ſecl̄ares (miretur). i. mirent̄ (qꝛ talis partꝰ decet deū) vꝫ ȯ ſpū ſctō ⁊ maria virgine permanente.

¶ Non ex virili ſemine
Sed myſtico ſpiramine:
Uerbum dei factum caro
Fructuſq̧ ventris floruit.

¶ Uere talis partus decet deum quia non ex virili ſemine (ſed myſtico ſpiramine). i. ſecreto ⁊ ſancto (verbum dei) ideſt filiꝰ dei (factum eſt caro) ideſt homo (⁊ fructus vētris) marie (floruit) ideſt ſicut flos creuit. vnde maria virga eſt: filius eius flos.

¶ Aluus tumeſcit virginis
Clauſtra pudoris permanēt:
Uexilla virtutum micant
Uerſatur in templo deus.

¶ Et ecce (aluus virginis) ideſt vēter marie (tumeſcit) ideſt creſcit. ⁊ tamen (clauſtra pudoris) ideſt virginitatis (permanent integra: quia virginitas non eſt violata (et vexilla (ſuple omnium virtutum ideſt miracula (micant) ideſt fulgent vel virtutum quarum deus eſt vexillum. i. cuſtos., ⁊ ideo

© Biblioteca Nacional de España

(deus verſatur in templo) quia receptus eſt a ſimeone. vel verſatur in templo ideſt in aluo marie virginis.

Quare xp̄s dicitur ē gigas Dauid.

¶ Chriſtus procedens de thalamo ſuo) .i. de vtero virginis: quia illa fuit ille lectus caſtitatis ſcilicet de regia aula pudoris) .i. de palatio regali exiſtens (gygas gemine ſubſtantie) ideſt diuinitatis ⁊ humanitatis: quia deus eſt ⁊ homo. Gigas dicitur eo ꝙ inſeparabilis ⁊ irreuocabilis ad vitam huius mundi occurrit nobis. Unde dauid Exultauit vt gigas ad currendam viam ſuam. ⁊c. (vt alacris currat viam) ideſt ꝙ hoc mundo tranſeat ad patrem.

¶ Procedens de thalamo ſuo
Pudoris aula regia:
Gemine gigas ſubſtantie
Alacris vt currat viam.

¶ Egreſſus eius a patre) quando deſcendit in vterū virginis (regreſſus eius ad patrē) quando rediit in celum. Unde dauid. a ſummo celo egreſſio eius ⁊ occurſus eius vſq; ad ſummū eius. ⁊ ipſe ait in euangelio Ego veni a patre in mundum: iterum relinquo mundū ⁊ vado ad patrē (excurſus vſq; ad inferos) quando deſcendit ad inferna (recurſus ad ſedem dei) .i. ad dexteram patris.

¶ Egreſſus eius a patre
Regreſſus eius ad patrem:
Excurſus vſq; ad inferos
Recurſus ad ſedem dei:

¶ Eto tu chriſte (equalis eterno patri) ſecundum diuinitatem (accingere tropheo) ideſt victoria carnis ſcilicet induere carnē: quia ꝑ carnem triūphauit ſuper diabolum tu dico (firmans) .i. roborans (perpeti) .i. perēni virtute (infirma) .i. vitia .ſ. fragilitates (noſtri corporis) ⁊ anime.

¶ Equalis eterno patri
Carnis tropheo accingere:
Infirma noſtri corporis
Uirtute firmans perpeti.

¶ Uere procedis de thalamo. (o tu chriſte quia preſepe tuum) .i. eccleſia (iam fulget) virtutibus ⁊ (nox ſpirat) .i. emittit (nouū lumen) .i. natum ſine peccato quod lumen (nulla nox) .i. nulla obſcuritas hereticorū quia heretici dicunt te non accepiſſe carnē interpollet) .i. obſcuret (⁊ luceat) lumen tuum (iugi fide) ideſt aſſidua virtute.

¶ Preſepe iam fulget tuum
Lumenq; nox ſpirat nouum:
Quod nulla nox interpollet
Fideq; iugi luceat.

¶ Carmen eſt dimetrum iambicum cacometrum. Canitur ad horas diurnas tempore natalis chriſti. Facitq; mentionem vtriuſq; ortus chriſti ſicut in ſuperiori hymno factum eſt.

¶ Materia huius hymni eſt inuocatio quam facimus ad chriſtū vt ſicut dignatus eſt accipere carnem humanam ⁊ illam ſibi vnire: ita preces nr̄as exaudire dignetur et nos a peccatis liberare (O xp̄e redemptor gentium vel omnium) quia omnes gentes redemiſti tuo ſanguine ⁊ o tu (vnice) ideſt. O tu vnigenite (patris ex patre) procedens tu dico (ſolus natus ineffabiliter) ſcḋm diuinitatem. vnde ait ſcriptura. Generationem eius quis enarrabit (ante principium) .i. ante mundi conſtitutionem.

Chriſte redemptor omnium
Ex patre patris vnice
Solus ante principium
Natus ineffabiliter.

¶ O chriſte (tu es lumen ⁊ ſplendor pr̄is) qꝛ ꝑ te pr̄ intonuit mundo (tu ſpes perēnis) ideſt ꝑpetua ſpes (oiū intēde) .i. exaudi pre-

¶ Tu lumen tu ſplendor patris
Tu ſpes peremnis omnium:

© Biblioteca Nacional de España

Intende quas fundunt preces
Tui per orbem famuli.

ces quas famuli tui fundunt (per orbem) ideſt per omnes gentes que per vniuerſum orbem orant aſſidue apud te.

Como. los magnificos. senores [illegible]

¶ Memento ſalutis auctor
Quod noſtri quondam corporis:
Ex illibata virgine
Naſcendo formam ſumpſeris.

¶ Dico ꝙ debes ad preces noſtras intendere. quia aſſumpſiſti humanam carnem. O auctor noſtre ſalutis) .i. redemptionis (memento) ideſt recordare (quia ſumpſeris quondam).i.in tempore (formam) .i.ſimilitudinem (noſtri corporis ex virgine illibata) ideſt intacta: quia ante partum et poſt partum ⁊ in partu virgo permanſit.

¶ Sic preſens teſtatur dies
Currens per anni circulum:
Quod ſolus a ſede patris
Mundi ſalus adueneris.

¶ Preſens dies).i.natiuitatis (teſtat̄ ſic) ita (currens per anni circulum).i.per vnūquēq̃ annum: quia tu ſolus adueneris exiſtens (ſalus mundi a ſede patris) ideſt veniens de celo operatꝰ es ſalutē in medio t̄rre.

¶ Hunc celum terra hunc mare
Hunc omne quod in eis eſt:
Auctorem aduentus tui
Laudat exultans cantico.

¶ Hunc).i.diem vel auctorem (celum).i. celeſtes vel ſtelle per celum ſtella que apparuit magis.i.tribus regibus vel angeli intelliguntur qui paſtoribus cum nimio gaudio dixerunt. Gloria in excelſis deo et per (mare) tyranos. vel quia mare ſe prebuit calcabile ipſi deo (terra).i.terrena poteſtas vel paſtores (hunc mare) quia magi nauigio venerunt (⁊ omne quod in eis eſt).ſ.in celo ⁊ in terra (laudat hunc auctorem) ideſt deum vel patrem (tui aduentus) omne dico (exultans cum cantico) ideſt hymno.

¶ Nos quoq̃ qui ſancto tuo
Redempti ſanguine ſumus:
Ob diem natalis tui
Hymnum nouum concinimus.

¶ Et non ſolum terra ⁊ mare laudant te: ſed etiam nos quoq̃) ideſt ſimiliter. qui ſumus redempti tuo ſancto ſanguine (concinimus) ideſt canimus (nouum hymnum) ideſt nouam laudem (ob diem) ideſt ꝓpter diem natalis tui.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur ad horas diurnas tēpore natalis chriſti: cōmemorat quemadmodum chriſtꝰ ſumpto homine natus eſt ex maria virgine.

A Solis ortus cardine
Ad vſq̃ terre limitem:
Chriſtum canamus principem
Natum maria virgine.

¶ In hoc hymno agit̄ de icarnatione dn̄i ⁊ ď natiuitate q̄modo puerpa enixa ē xp̄m q̄ nō horruit ſtabulū ⁊ p̄ſepe. Et ſic cōtinuatur ſupiori. Dixit ꝙ celū terra mare ⁊ om̄e qď in eis eſt laudat eū ꝑncipez. ⁊ vere q̄ ab ortu ſolis vſq̃ ad occaſum vniuerſus orb̄ canit deū.i.laudat. vel aliter.dico ꝙ eiꝰ p̄ſepe iā fulget nouo lumine ⁊ ideo canamus ip̄m natū ď maria v̾gine ꝑncipē mūdi a ſolis ortu vſq̃ ad occaſum. (A ſolis ortus cardine) ideſt ab origine mundi. vel (ſolis) ſcilicet ab oriente ſolis (vſq̃ ad limitē terre).i. vſq̃ ad occidentem (canamus).i. laudemus (xp̄z deū).i. principē xp̄m dico (natū de maria v̾gine) vel (natum).i.filium marie virginis.

Seduliꝰ eſt auctor.

¶ Beatus auctor ſeculi
Seruile corpus induit:

¶ Bene dico ꝙ debemus laudare deum quia (beatus auctor) ideſt factor (ſeculi induit) ideſt aſſumpſit (ſeruile corpus

© Biblioteca Nacional de España

ideſt forma ſerui ⁊ conditor carnis nr̄e (liberans carnem) noſtram (carne) ſua quia formam hominis aſſumendo carnem noſtram liberauit. ⁊ quare (ne perderet homines quos condidit) ideſt creauit.

¶ Et vere induitur: quia (gratia celeſtis) ideſt ipſe xp̄s (intrat viſcera caſte parētis) ideſt matris. ⁊ ſic (venter puelle baiulat). i. portat (ſecreta) ſcilicet celeſtia que non nouerat ante conceptionem.

Ut carne carnem liberans
Ne perderet quos condidit.
¶ Caſte parentis viſcera
Celeſtis intrat gratia:
Venter puelle baiulat
Secreta que non nouerat.

¶ Et vere baiulat ſecreta que non nouerat. quia (domus) ideſt aluus (pectoris) marie (pudici) ideſt caſti (fit templum dei) ideſt domus dei (repente). i. cito (domus) dico intacta (neſciens virum) per carnis commixtionem (concepit) ideſt portauit (filium). i. xp̄m. ⁊ hoc verbo op̄ante. ſ. virtute ſp̄us ſancti. vel (verbo). i. poſt verbū quo gabriel predixerat ipſum naſciturum. vnde dicit̄. Ecce concipies ⁊ paries filium. ⁊c.

¶ Domus pudici pectoris
Templum repente fit dei:
Intacta neſciens virum
Verbo concepit filium.

Gabriel pre. Luce. j. ecce cōcipies.

¶ Dico ꝙ cōcepit ⁊ vere quia (puerpera) ideſt maria pariens puerum (enixa) ideſt peperit filium (quem gabriel predixerat (naſciturū ⁊ (quē ioānes clauſus aluo matris) ſcilicet heliſabeth (ſenſerat) ideſt cognouerat (geſtiens) ideſt gaudens.

¶ Enixa eſt puerpera
Quem gabriel predixerat:
Quem matris aluo geſtiens
Clauſus ioānes ſenſerat.

¶ Ideo pertulit vel patitur famen ⁊ ipſe puer ideſt chriſtus (pertulit) ideſt paſſus ē (iacere) vel poni (feno) preſepis (preſepe etiā nō abhorruit) ideſt refutauit vel repudiauit (preſepe) ideſt ſtabulum (ꝗ) pro et (paſtus eſt) ideſt nutritus (paruo lacte) virginis (per quem). ſ. xp̄m (ales). i. nutrix maria a qua nutriebatur ipſe chriſtus (nō eſurit) ideſt non patitur famen. maria enī chriſtum portabat ⁊ chriſtus eam regebat. ⁊ quem celum ⁊ terra capere non potuit: aluus beate virginis portauit.

¶ Feno iacere pertulit
Preſepe non abhorruit:
Paruo ꝗ lacte paſtus eſt
Per quem nec ales eſurit.

**Addtio.**

¶ Per quem nec ales eſurit ideſt maria a qua chriſtus nutriebatur non paſſa eſt famen. Hoc forte ideo dicit quia matres lactantes pueros magis eſuriunt et ſitiunt alijs hominibus. ſed maria virgo chriſtum lactabat. et chriſtus ipſam regebat taliter ꝙ nec plus eſuriuit nec ſitiuit. Et nota ꝙ eſt differentia inter lactare ⁊ lactere. nam illud refertur ad matrem: hoc autem ad puerum. vnde verſus lacteo lac ſuggo. lacto lac p̄beo nato. Sed diuam virginem mariam ⁊ filium ſitiuiſſe ⁊ eſurijſſe ſepe legimus. nam pauper erat. ⁊ nec habebat vbi reclinaret caput itelligatur ergo de auibus celi. quippe illum lactabat maria: qui volucres celi paſcit. vt dicitur matthei. vj. et luce. xj. ⁊ in pſalmo. cxlvj. Qui dat iumentis eſcam ipſorum ⁊ pullis coruorum inuocantibus eum. paruo ergo lacte contētus eſt qui omnia animātia nutrit. Et libet vt de coruorū intelligamus pullis. q2 corui dicuntur negligere nidū: ſed induſtria ſua derelinquunt ibi vermes vt refert plinius q̄bus pulli nutriuntur hoc autem non ſine ꝓuidentia dei: ſine quo nec folium arboris nec paſſer ad terram deſcendit vt refert Hieronimus vnde Job. xxxviij. Quis preparat coruo eſcam ſuā quando pulli eius clamāt ad deū vagiētes eo ꝙ nō habeāt cibos. q. d. ſol⁹ deus. dicamus ergo ales ideſt coruus ſaluo meliori iudicio.

Lactare. Lactere.

Plinius. Hieronim⁹ Job.

¶ Et quia natus eſt (chorus) ideſt ſocietas (celeſtium) ideſt ſpirituum (gaudet (et angeli) ideſt throni ⁊ dominationes ⁊ princi-

¶ Gaudet chorus celeſtium
Et angeli canunt deo:

© Biblioteca Nacional de España

Palamq́ꝫ fit paſtoribus
Paſtor creator omnium.

patus ⁊ poteſtates. Et ſic de ceteris (canūt deo gloriam ⁊ paſtor) ideſt creator omniuꝫ (fit palam) ideſt notus ⁊ natiuitas ſua fit cognita ⁊ nunciata (paſtoribus) iuxta turrim abnam: iuxta quem locum paſtores pro conſuetudine aderant. ⁊ erat illa planicies apta paſtoribus illius regionis ad ſeruandum ibi vigilias noctis ſuper greges eorum.

¶ Carmen eſt quale illud nocte ſurgentes. Canitur in feſto epiphanie domini: narrat quo pacto magi cum tribus muneribus venerūt ab oriente queſitum ſaluatorem noſtrum.

Nunciū vobis fero de ſupnis
Natus eſt xp̄s dn̄ator orbis
In bethleem iude ſic eni ꝓpheta
Dixerat ante.

¶ Materia huius hymni eſt p̄paratio gaudij de natiuitate xp̄i redēptoris et gaudium annūciatum ē nob̄ per angelū apparentē ⁊ paſtoribus in vita dicentē. Annūcio vobis gaudium magnuꝫ. ⁊c̄. Cuiꝰ natiuitateꝫ hec ſigna ⁊ miracula ſecuta ſunt. ſ. ſtella que apparuit magis q̄rentibus deum q̄ duxit eos preuia vſq́ꝫ ad ip̄m. In cuius natiuitate herodes ⁊ quilibet malus cōfundit̄ vel doctrina mala ⁊ pniciositas ſiue malitia tēporis eo naſcēte ceſſauerūt. ſ. idolorū cultura ⁊ ſacrificia vana ſeditiones ⁊ bella: q2 in natiuitate xp̄i pax fuit ꝑ vniuerſum orbem. Et vox angeli loquentis (fero). i. affero (nunciū vobis de ſupnis). i. de celo (xp̄s dico dn̄ator orbis) filiꝰ dei natus eſt (in bethleē iude). i. in ciuitate illa que ſorte accidit tribui iude (enim) pro q2 (ꝓpheta dixerat) ideſt propheta uerat ſic futurum eſſe. Signa ī natiuitate xp̄i.

¶ Hunc canit letꝰ chorus angeloꝝ
Stella declarat veniunt eoi
Principes dignum celebrare cultū
Myſtica dona.

¶ Chorus angeloꝝ canit hūc). ſ. xp̄m (chorus dico letꝰ) exultans ⁊ laudans deū (ſtella) q̄ ducit magos. i. ſapientes (declarat). i. manifeſtat eis ſaluatorē (eoi). i. orientales (principes). i. reges (veniunt celebrare). i. honorare deū. ſ. ꝑ dignum cultum (⁊ offerre myſtica dona.) deo. Stella dclarat. Luce. ij.

Additio. Nota q̄d dicit tres reges magos veniſſe ad adorādū dn̄m. hi aūt reges ideo magi dicti ſunt q2 ſapiētes erāt a magnitudine ſciētie. nā magus dictio eſt pſica: q̄ apud eos ſignificat̄ ſapiēs. ſic enim pſe magos vocāt ſapiētes vt greci philoſophos. latini ſapiētes. galli druydas. egyptij ꝓphetas ſiue ſacerdotes. Indi gynoſophiſtas ⁊ aſſirij chaldeos a chaldea aſie regione. Magus etiam apud nos incantator dici pōt ex officio. Magꝰ ⁊ nota.

Thꝰ deo mirrhā trocletē humādo
Bractheas regi chryſeas decenti
Dum colūt vnum meminere trino
Tres dare terna.

¶ Iſti tres reges memiere). i. in memoria habuerunt afferre tria munera. ſ. aur thus ⁊ mirrhā (⁊ meminere dare). i. offerre deo thus ⁊ myrrhā (trocletē). i. rotundā que eſt arbor ita dicta a loco vbi naſcitur et habet aureum colorem ⁊ declinatur hec trocletis huius. tis (humādo) q2 mortalis erat ⁊ meminere deo offerre (bractheas chryſeas). i. laminas aureas q2 chriſis grece eſt auruꝫ latine (regi decenti). i. xp̄o (dū colunt). i. venerantur (vnū deum) ⁊ meminere dare tria munera illi (trino). i. trinitati quia vnum ſunt pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus. Trocletis. Criſis.

¶ Gloriam patri monadi canamꝰ
Cum deo trino genitéq́ꝫ proli:
Flamini necnon ab vtroq́ꝫ fuſo
Corde fideli.

¶ Gloriā canamꝰ monadi). i. vnitati trine cū deo (⁊ ſpūi ſc̄tō fuſo ab vtroq́ꝫ) vel (trine monadi). i. deo q̄ eſt trinus in pſonis ⁊ vnus in eſſentia. dr̄ enī hec monas. adis. et eſt grecū ⁊ ſignificat vnū (canamꝰ ꝓli diue). i. genite a p̄re (cū deo patre) ⁊ non tantum canamus patri ſed etiam flamini). i. ſpiritui ſancto (fuſo) ideſt ꝓdeūti (ab vtroq́ꝫ.) Monas.



© Biblioteca Nacional de España

¶Carmen eſt quale illud primo dieruȝ. Canitur in feſto epiphanie hoc eſt apparitionis dñi: ⁊ narrat quemadmodum magi ſtella duce venerũt in bethleẽ: preterea miraculum in nuptijs factum.

Seduli⁹ eſt auctor.

¶Materia huius hymni eſt] conclamatio quã facim⁹ cõtra herodem qui audita natiuitate xp̄i amittere regnum timuit: ideoq; multos pueros interfecit. Intentio auctoris eſt tractare de tribus miraculis die epiphanie factis. ſ. de magorũ apparitione: de aqua i vinũ ꝯuerſa ⁊ de xp̄i baptiſmate. et nota ꝙ hymnus iſte cõtinuat̃ ſupiori: ita dixi ꝙ xp̄s natus eſt ⁊ ꝑtulit iacere in feno. vnde herodes de natiuitate ei⁹ iratus: occidit multos pueros timẽs ne amitteret regnũ. ſed non deberet: q2 ille q̃ rex eſt regũ ⁊ dñs dñantium nõ venit vt ei regnũ auferret: ſed totum mundum in tanto crimine inuolutum a peccatis liberaret. O impie herodes hoſtis quid) ideſt cur (times venire xp̄m: ipſe non arripit mortalia qui regna dat celeſtia.

Hoſtis herodes impie
Xp̄m venire quid times:
Non arripit mortalia
Qui regna dat celeſtia.

Ibãt magi. Matthei. ij.

¶Magi ibant) queſitũ xp̄m ⁊ adorare euȝ (ſequẽtes ſtellam preuiã) ideſt precedentem (quã viderãt) requirunt (lumen) ideſt chriſtum (lumine) ideſt ſtella (⁊ fatentur deum munere). ſ. thure auro ⁊ mirrha.

¶Ibant magi quam viderant
Stellam ſequentes preuiam:
Lumen requirunt lumine
Deum fatentur munere.

¶Celeſtis agnus) ideſt chriſtus (attigit) i. ſuſcepit (lauacra) ideſt baptiſmum (puri gurgitis) ideſt iordanis (et ſuſtulit) ideſt abſtulit a nobis (abluendo nos per baptiſmũ peccata que non detulit) ideſt ſecum nõ portauit quia imunis erat ⁊ abſq; peccato.

¶Lauacra puri gurgitis
Celeſtis agnus attigit:
Peccata que non detulit
Nos abluendo ſuſtulit.

Hydrie ru. Joan. ij. b.

¶Et ideo dico (nouum) ideſt inauditum genus potentie hydrie rubeſcunt) ideſt flaueſcunt ſcilicet aque intromiſſe. ponit enim continens pro contento. Et (vnda) ideſt aq̃ (iuſſa fundere vinum mutauit originem) ideſt naturam precepto dei.

¶Nouum genus potentie
Aque rubeſcunt hydrie:
Vinũq; iuſſa fundere
Mutauit vnda originem.

¶Carmẽ eſt omi lege carminis ſolutũ. Canitur ad horas veſptinas i feſto diue marie. Cui⁹ patrociniũ atq; fauorẽ multiplicit̃ nobis iploram⁹.

¶Materia huius hymni eſt ſalutatio ab angelo facta ſic dicente. aue gratia plena dominus tecum q̃ virtute altiſſimi obumbrata fuit ⁊ ſolo verbo concepit. Intendit etiã auctor ipſam mariam inuocare: vt nomẽ eue per quam mors intrauit mutet. ⁊ vt ſoluat vincula peccatorum ⁊ preſtet nobis vitam eternã a cũctis reatib⁹ abſolutis. hic etiã laudare nos hortat̃ ⁊ glĩficare hũc diẽ ꝓpter hoc ꝙ euaſim⁹ ð domo diaboli: ⁊ vẽim⁹ poti⁹ ꝑ fidẽ ⁊ grãȝ dĩ ad ipãȝ ⁊ dr̃ hoc ꝑ ſilẽ ⁊ facit cõparationẽ. Sicut. n. ſtella p̄ſtat ducatũ nautis vt veniãt ad portũ: ita ducatu ꝟginis marie venim⁹ ad portũ. i. ad xp̄m. O ſtella maris). i. mũdi (aue). i. ſalue (o alma) i. ſctã mr̃ dei atq; aue (ſẽper). i. eternalr̃ (ꝟgo) q2 ante partũ ⁊ i partu ⁊ p⁹ partũ (o porta felix celi aue). i. ſalue.

Aue maris ſtella
Dei mater alma:
Atq; ſemper virgo
Felix celi porta.

Virgo maria dux eſt.

Additio. Hoc carmen dimetrũ iãbicũ brachycatalecticõ hoc eſt duabus ſyllabis deficiens voluit eſſe. ſed non conſtitit niſi in principio. nam aue iambus eſt. maris iterum iambus. ſtella ſpondeus eſt quia in fine carminis ſyllaba indifferens eſt.

© Biblioteca Nacional de España

¶ Sumens illud aue
Gabrielis ore:
Funda nos in pace
Mutans nomen eue.
¶ Solue vincla reis
Profer lumen cecis:
Mala noſtra pelle
Bona cuncta poſce.
¶ Monſtra te eſſe matrem
Sumat per te preces:
Qui pro nobis natus
Tulit eſſe tuus.
¶ Uirgo ſingularis
Inter omnes mitis:
Nos culpis ſolutos
Mites fac et caſtos.
¶ Uitam preſta puram
Iter para tutum:
Ut videntes ieſum
Semper colletemur.
¶ Sit laus deo patri
Summo chriſto decus:
Spiritui ſancto
Trinus honor vnus. Amen.

¶ Et quia tu es (ſumens illud aue) .i. ſalutationē q̄ fertur (ore gabrielis (funda nos ī pace) .i. in eterna beatitudine. tu dico (mutans nomē eue) in aue. i. maledictionē eue in vitam eternam. i. in tuam benedictionē.
¶ Et quia tu virgo facta eſt ſtella maris. et quia mutaſti nomen eue ideſt maledictionē eue: et dediſti nobis benedictionem et confudiſti mortem et dediſti nobis vitam perpetuam ideo (ſolue vincla) ideſt ligamenta peccati hūani (reis) .i. peccatorib⁹ et (pfer) ideſt tribue (lumen cecis) ideſt fidelibus (et pelle) .i. abiſce a nobis (mala noſtra et poſce) .i. poſtula a filio tuo (cuncta bona.
¶ Monſtra te eſſe matrem) ideſt oſtende te placando filium tuum et filius tuus (ſumat preces) noſtras per te filius dico ille (qui tulit) ideſt ſuſtinuit (eſſe tuus natus p nobis) vt nos ſaluaret.
¶ Et quia ſubſtinuit eſſe filius tuus ideo o (virgo ſingularis) quia nulla ſimilis ē tibi q: poſt partū virgo: in partu virgo et ante partū (mitis inter oēs) alias mulieres: et o virgo caſtitatis mr̄ (fac nos ſolutos a culpis et fac nos mites) .i. māſuetos: et caſtos) ideſt in corpe et in anima fac nos mundos.
¶ Et q: mater es caſtitatis et ſuauitatis o (virgo preſta) .i. dona (vitā puram nobis et para) .i. tribue (iter tutū vt videntes ieſum filium tuum ſemper colletemur) .i. gaudeamus i eo. ſ. in pſenti ei laudes pſoluentes et in futuro eū pleni⁹ et pfecti⁹ cognoſcentes gaudeam⁹ et exultem⁹ cū dn̄o nr̄o filio tuo.
¶ Et q: deſcendit dn̄s nr̄ in vter virginis ideo (laus) i. gloria (ſit deo patri decus (honor ſit ſummo chriſto excelſo et ſpiritui ſancto ſit honor trinus propter trinitatem pſonarum et vnus propter vnitatem eſſentie: vel vnus honor ſit tribus ideſt patri et filio et ſpiritui ſancto. Amen.

¶ Carmen eſt q̄le illud primo dierū. Canit̄ ad horas nocturnas ī dieb⁹ feſtis diue Marie. Cui⁹ laudib⁹ ānumerat qd̄ deū genuit et ī lucē effudit.

Quem terra pontus ethera
Colunt adorant predicant:
Trinam regentem machinam
Clauſtrum marie baiulat.

¶ Intētio huius hymni eſt q auctor vult oſtendere hoc qd̄ pphete de xp̄o nunciauerūt i genitrice dī maria eſſe cōpletū. oſtēdit ſimiliter q̄lit̄ clauſtrum marie baiulat xp̄m. Et nota q deus fecit hominē et poſuit eum in paradyſo terreſtri: et precepit ei ne comederet de ligno vite ideſt de pomo q erat in medio paradyſi: ſed diabolo ſuadente eue: et eua poſtmodum ade ſimiliter ſuadente ambo comedentes: et ſic diabolo placentes: mortaliter peccauerunt. Et poſt peccatum tante corruptionis de paradyſo ſtatim a domino eiecti ſe nudos eſſe cognouerunt. Uidens ergo deus q aliter non poſſet redimere



© Biblioteca Nacional de España

genus humanū niſi ꝑ feminam:in vteꝝ ꝟginis filiū ſuum ꝺſtinauit:⁊ incarnari voluit:ꝑ quē ſumꝰ redēpti ⁊ a peccato liberati:vñ grates reddere tenemur. Dictū eſt ſupꝛius ꝙ maria ſtella maris eſt mr̄ dei:⁊ etiā quē celū ⁊ terra cape nō poterāt.tñ clauſtrū marie eum baiulat.Cōſtrue(clauſtrū).i.vēter btē(marie baiulat)illū deū(quem regentem trinam machinā)mundi.ſ.celū terrā mare vel(machinā).i.anime cōcupiſcibilitatē rationabilitatem ſenſualitatem(quē).ſ.xp̄m(terra).i.boni(pontꝰ).i.mali(ethera).i.celeſtes (colunt) ideſt honozant(adozāt)ideſt cōmendant(pꝛedicant)ideſt nunciant.

¶ Dico ꝙ celū.i.celeſtes.terra ideſt terreni Et omnia ſiue celeſtia ſiue terreſtria laudāt ideſt adozant illū quē celum ⁊ terra cape nō poterāt ⁊ vere qꝛ (viſcera puelle).i. btē marie(ꝑfuſa).i.repleta (gr̄a celi).i. roꝛe celeſti geſtant xp̄m(cui).ſ.xp̄o (luna).i. variatio lune(ſol)in curſu ſuo(⁊ omnia deſeruiūt).i.famulanť (ꝑ tēpoꝛa).i.tempoꝛaliter.

¶ Cui luna ſol ⁊ omnia
Deſeruiunt per tempoꝛa:
Perfuſa celi gratia
Geſtant puelle viſcera:

¶ Et quia tulit xp̄m poſſumus dicere ꝙ eſt (beata mater munere)ideſt donis filij(ſub archa)ideſt circundatione ⁊ ſecreto (vētris cuius).ſ.matris(ſupꝛnus artifex).i.celeſtis creatoꝛ(clauſus eſt)ille dico (cōtinens mūdum) ideſt vniuerſitatem omnium rerum (pugillo)ideſt in diſpoſitione.

¶ Beata mater munere
Cuius ſupernus artifex:
Mundum pugillo continens
Uentris ſub archa clauſus eſt.

¶ Et qꝛ ſupꝛnus artifex clauſus eſt ſub pectoꝛe virginis marie poſſumꝰ dicere ꝙ virgo maria ſit(beata nūcio celi) i.angelica ſalutatione.maria dico(fecūda).i.fertilis ſpū ſancto(per aluū cuiꝰ).i. marie(fuſus ē).i. miſſus ⁊ natus eſt de ꝟgine maria deſideratus a iudeis ⁊ gentibꝰ.ſ.chꝛiſtus.

¶ Beata celi nuncio
Fecunda ſancto ſpiritu:
Deſideratus gentibus
Cuius per aluum fuſus eſt.

¶ Carmen eſt quale illud pꝛimo dierū.Caniť ad laudes matutinas diebus feſtis diue marie.Eius laudi attribuit ꝙ deum lactauit ⁊ per eam recepimus quod per euam amiſimus.

¶ Materia huius hymni eſt ꝙ maria peperit ſaluatoꝛē:⁊ qꝛ deus cōtulit ei tātā gr̄am ꝙ peperit ſaluatoꝛē.⁊c̄.facit auctoꝛ apoſtropham.i.cōuerſionē ſermonis:qꝛ deus cōtulit ei tantā gr̄am ꝙ peperit ſaluatoꝛē.conuertit ſmonē ſuū ad ipaꝫ oſtēdēdo eā eſſe gl̓ioſam dicēs.O gl̓ioſa dñā excelſa ſupꝛa ſydera).i.o ſpōſa dñi maria(excelſa).i.alta(ſupꝛa ſydera).i.in ſummo celo vbi non eſt aliq̄ vis ventoꝛum(tu lactaſti ſacro vbere illum qui te creauit ꝓuide).i.ſua ſapientia.

O Glozioſa domina
Excelſa ſupꝛa ſydera:
Qui te creauit pꝛouide
Lactaſti ſacro vbere.

¶ Tu reddis) ideſt reſtituis (almo germine)ideſt ſancto filio eue illud ſcilicet paradyſuꝫ(quod eua triſtis)ideſt miſera(abſtulit) a nobis ⁊ es(facta feneſtra celi)ideſt chꝛiſti (vt flebiles)ideſt flentes peccata ſua(intrēt aſtra)ideſt celos.

¶ Quod eua triſtis abſtulit
Tu reddis almo germine:
Intrent vt aſtra flebiles
Celi feneſtra facta es.

¶ Dico ꝙ homines flētes ſua pctā intrant celos ⁊ vere qꝛ es(ianua).i.oſtium(alti regis fulgida).i.ſplēdida(poꝛta lucis).i.xp̄i:

¶ Tu regis alti ianua
Et poꝛta lucis fulgida:

© Biblioteca Nacional de España

Vitam datam per virginem
Gentes redempte plaudite.

¶ (porta lucis .i. xp̄i: ꝛ o (gentes redempte). s. a xp̄o (plaudite) ideſt gaudete vitam eſſe datam per virginem. s. mariam.

¶ Carmen eſt quale illud nocte ſurgentes. Canitur in feſto hypopantes hoc eſt preſentationis ſiue purificationis diue Marie: cuius auxiliuȝ petit atqȝ fauorem.

Quod chor⁹ vatū venerād⁹ oli
Spiritu ſctō cecinit replet⁹
In dei factum genitrice conſtat
Eſſe maria.

¶ In hoc hymno agit auctor de natiuitate xp̄i: ꝛ qualiter debet eſſe completū in maria qḋ ꝓphete nūciauerunt: ꝙ cōcepit ꝛ peperit filiū: ꝛ ſymeon gauiſus ſuſcepit euȝ in tēplo. Dicimus ergo ꝙ prophete ſenſerunt de aduētu ꝛ de natiuitate chriſti. Eſayas enī dicit. In medio duum animalium cognoſceris .i. inter bouē ꝛ aſinū. ꝛ alibi. Egredietur v̄ga de radice ieſſe. ꝛc̄. Abacuc ſentiens ꝺ xp̄o ſimiliter ait. In medio duū aīaliū. ꝛc̄. Multi ꝓphete ānūciauerūt ꝛ ꝓphetauerunt de xp̄o hoc totū cōpletum eſt in maria: qꝛ nat⁹ baptiȝat⁹ crucifixus ꝛ in tēplo preſentatus ꝛ a iuſto ſymeone ꝛ ab anna vidua ſuſcept⁹: vñ a ꝑſonis illis q̄ dño obuiauerūt dictū eſt feſtū illud in quo hymnus iſte cantat̄ hypopāti dñi ideſt obuiatio. conſtructio (qḋ chor⁹ vatū) ideſt exercitus ꝓphetaꝝ. s. dauid ꝛ alioꝝ. chor⁹ dico (venerand⁹ cecinit) .i. ꝓphetauit (oli repletus) .i. adiplet⁹ ſpū ſctō (cōſtat) .i. manifeſtū ē (eſſe factum) .i. cōpletū ī maria genitrice ꝺi. Eſayas. Abacuc. iij.

Additio. Ordo aūt quā hic cōmentator certe minus bene conſtructioneȝ appellat (nam conſtruere vnde conſtructio) metaphorice ſumit̄ ab edificijs ꝛ eſt ſimul ſtruere ordinare ꝛ fabricare. Ordo autem eſt digeſtio ꝛ in ſuo cuiuſqȝ partis loco collocatio. veluti ī acie fit vbi pedites vbi ale. ꝛc̄. eſt (illud conſtat eſſe factuȝ in Maria genitrice dei: quod chorus vatum. ꝛc̄.

¶ Hec deū celi dominūqȝ terre
Virgo quem geſſit peperitqȝ v̄go:
Atqȝ poſt partum meruit manere
Inuiolata.

¶ Et vere conſtat eſſe factum: quia. s. beata virgo cōcepit dñm) .i. xp̄m deum celi ꝛ t̄rre (ꝛ virgo) ideſt maria (peperit illū quē geſſit vel cōcepit) ideſt portauit (atqȝ) pro et (meruit inuiolata manere) ideſt manſit incorrupta poſt partum.

¶ Quē ſenex iuſt⁹ ſymeon in vlnis
In domo ſumpſit dñi gauiſus:
Hoc quod optauit ꝓprio videre
Lumine xp̄m.

¶ Quē. s. xp̄m (ſymeō iuſtus ꝛ ſenex) ideſt ſymeō annoſus ſacerdos (ſumpſit) .i. ſuſcepit (in vlnis) .i. in brachijs ſuis (in domo) ideſt in tēplo (dñi gauiſus) .i. letus videre ſuo ꝓprio lumine qḋ optauit. s. xp̄m qḋ optauit ꝑ multa tēpora. vel ſi text⁹ habeat ob hoc optatum proprio videre lumine chriſtū. Symeō ſuſcepit. Luce. ij.

Conſtrue ſic. ob hoc ergo quod videret proprio lumine ſcilicet oculis carnalibus chriſtum optatum quem diu anteqȝ moreretur videre deſiderauit.

¶ Tu libens votis petim⁹ p̄cantū
Regis eterni genitrix faueto:
Clara que celſi renitens olimpi
Regna petiſti.

¶ O tu genitrix) ideſt mater eterni regis ſcilicet xp̄i qui caret p̄ncipio ꝛ fine (petim⁹ te faueto) .i. concede (votis) .i. p̄cibus (p̄cātum) .i. famuloꝝ (libēs) .i. libēter (qȝ) pro ꝛ (tu renitēs) .i. ſplēdens (petiſti) .i. accepiſti vel acceſſiſti (clara regna olīpi celſi) .i. alti celi. vel ſic ꝛ clara ꝛ renitens petiſti ideſt accepiſti regna celſi olimpi.

¶ Sit deo noſtro dec⁹ ꝛ poteſtas
Sit laus ꝑpes ſit honor ꝛ perennis:

¶ Decus ꝛ poteſtas ſit deo nr̄o ꝑpes ſalus vel laus) .i. ꝑpetua gl̄ia ſit illi (ꝛ ꝑennis ho



© Biblioteca Nacional de España

nor ſit illi).i.deo nr̃o (qui reſidet in ſumma arce poli).i.in altitudine celi (trinus) in pſonis ⁊ vnus in ſubſtantia.

Qui poli ſumma reſidet in arce
Trinus ⁊ vnus. Amen.

¶ Carmen in comento patet. Canitur in aſſumptione beate marie cuius laudes cõmemorat ⁊ fauorem implorat.

¶ Hoc metrũ eſt tetrametrũ ſunt hic quattuor verſus: ⁊ in vnoquoqꝫ eoꝝ ſunt q̃ttuor pedes quorũ pm⁹ eſt ſpõde⁹. ſecũd⁹ iãbus. terti⁹ dactilus. q̃rt⁹ ſpondeus ſiue troche⁹. Materia huius hymni eſt duplex cõmendatio ipſius marie. tã a genere q̃ꝫ a meritis. cõmendatio a genere q: ipſa eſt de regia ſtirpe ſcilicet dauid. Cõmendatio a meritis eſt q: ipſa pepit xp̃m ſaluatorẽ nr̃m. Cantat̃ hymnus iſte in trãſitu beate marie q̃liter trãſiuit õ hoc mũdo ad pr̃em. vel ſi mauis dicere q̃liter in aſſumptione xp̃s eã aſſũpſit. vtrũ aſſũpta fuerit cũ corpe aut ſine corpe dubitat̃: ſed melius ẽ vt eam credam⁹ aſſumptã in corpe. O regia ꝓles ſtirpis dauitice o maria q̃ es ramus ipſi⁹ dauid. ipſe eni fuit q̃rcus a qua rami ꝓcedũt. ⁊ tu es ram⁹ ⁊ ſtirps ⁊ ꝓles q̃ ponunt̃ ꝑ eodem: ſed nõ idẽ ſignificant. eſt eni ꝓles qꝺ aliũde habet initiũ. ſtirps idẽ eſt q' trunc⁹ a q̃ ramus velut a pr̃e filius ꝓcedit (O q̃ꝫ).i. quantũ (glorifica luce).ſ. glorioſa (coruſcas) ideſt ſplendida es virgo maria tu dico ſublimis.i. ſublimi.ſ. in celo tu es (reſidens) ideſt ſedẽs ſuper omnes etheris celigenas).i. ſuꝑ angelos genitos. q: in celo fuerunt creati angeli a deo.

Proles.
Stirps.
Ramus.

O Quã glorifica luce coruſcas
Stirpis dauitice regia ꝓles:
Sublimis reſidens virgo maria
Supra celigenas etheris omnes.

Additio. Hic verſus quinqꝫ pedibus conſtat ſcilicet ſpondeo. trocheo. iambo. datilo. et ſpondeo ſiue trocheo.

¶ O maria (mater cuꝫ virgineo honore) hoc eſt exiſtens mater ⁊ virgo tu virgo inqꝫ (caſta paraſti aulã pectoris).i. pectus tuuꝫ (dño) ⁊ q: paraſti viſcera tã mundata. ⁊ iõ (hinc).i. ex illis viſcerib⁹ (nat⁹ eſt xp̃s de⁹) ideſt dignat⁹ eſt naſci (corpe).i. q̃ꝫtũ ad corpus quia humanitatem ſumpſit in te.

¶ Tu cuꝫ virgineo mater honore
Angelorum dño pectoris aulaꝫ:
Sacris viſceribus caſta paraſti
Natus hinc deus ex corpe xp̃s.

¶ Quem cunctus venerans orbis adorat quem omnes homines venerant̃ ⁊ adorãt (cui).i. ad honorẽ cuius (omne genu flectitur) i. omnes flectũt gẽnua a q̃.ſ. xp̃o (nos petim⁹ te veniẽte).i. intercedente (gaudia lucis eterne abiectis tenebris).i. peccatis remotis a nobis.

¶ Quẽ cũct⁹ veñrãs orbis adorat
Cui nunc rite genu flectitur omne:
A quo nos petimus te veniente
Abiectis tenebris gaudia lucis.

¶ Superius fecit auctor apoſtropham ad beatã mariã: ſed in hoc loco ad patrem vt ipſe dignetur nobis dare q̃ predicta ſunt dicens. (O pater luminis oĩs).i. origo et factor totius claritatis (largire nobis hoc).ſ. gaudia largire inqꝫ ꝑ (ꝓpriũ natũ).i. amore filij tui (et ſacro flamine) ideſt amore ſpiritus ſancti (qui xp̃s viuit tecũ in nitida).i. munda (ethera).i. in celo (regnans ac moderãs ſecula cuncta) ideſt omnes gentes exiſtentes in hoc ſeculo.

¶ Hoc largire pater luminis oĩs
Natũ per ꝓpriũ: flamine ſacro:
Qui tecum nitida viuit in ethera
Regnans ac moderans ſcl'a cũcta.

¶ Carmen eſt dimetrũ iãbicũ cacometrũ. Canitur in quadrageſimali ieiunio. quod eſt tẽpus ad penitentiam peccatorum aptiſſimum.

¶ In hoc hymno rogat auctor deuꝫ vt in hoc tempore tribuat nobis cor penitens et quos longanimitate pietas expectauit ſua

IAm chriſte ſol iuſtitie
Mẽtis dehiſcãt tenebre:

© Biblioteca Nacional de España

Uirtutum vt lux redeat
Terris diem cum reparas.

benignitatē ad ſe conuertat. (O xp̄e ſol iuſticie) ideſt ſplendoꝛ pietatis (tenebꝛe noctis) ideſt peccata noſtre mentis. ſ. cecitas (dehiſcant) ideſt recedant (nunc) ideſt in hoc tempoꝛe (vt lux virtutum redeat) ideſt virtutes boноꝛum operum in nobis redeant ideſt reuertantur.

¶ Da tempus acceptabile
Et penitens coꝛ tribue:
Conuertat vt benignitas
Quos longa ſuffert pietas.

¶ Da tempus acceptabile) congruum ad penitentiā qꝺ ante paſſionē. ſ. in veteri teſtamento non erat: quia oculus pꝛo oculo: et dens ꝓ dente dabaṫ (modo aūt nō ſic (tribue nobis coꝛ penitens (vt benignitas) .i. mīa tua (conuertat. ſ. ad ſe ꝺ peccato) quos .ſ. nos (longa pietas) ideſt māſuetudo tua (ſuffert) ideſt ſuſtinet.

¶ Quidam qꝫ penitentie
Da ferre q̃uis grandium:
Maioꝛi tuo munere
Quo demptio ſit criminum.

¶ O xp̄e da quiddā) .i. paululū (penitētie ferre) .i. agere nobis (quo) .i. ꝓpter quam penitētiā (dēptio) .i. ablutio (criminuꝫ) ſit ⁊ hoc (tuo munere maioꝛi) criminibus quia delet crimina (licet) pꝛo q̃uis (grandium) ideſt magnoꝛum peccatoꝛū.

¶ Dies venit dies tua
In qua refloꝛent omnia:
Letemur in hac vt tue
Per hanc reducti gratie.

¶ Uere debes dare penitentiā qꝛ tua dies iudicij vel paſchalis feſtiuitas venit qꝛ nos ſumus in quos fines ſeculoꝛum deuenerūt dies. ſ. paſchalis (venit) .i. accedit dies dico illa (in qua) .ſ. die omnia .ſ. mentes hominum (refloꝛent) .i. micant virtutibus ideo (letemur in hac) die (vt) pꝛo ſicut (reducti ſumus) .i. redempti (per hanc tue gratie) .i. ad tuam grām ⁊ redemiſti nos. i. ſaluaſti.

¶ Te rerum vniuerſitas
Clemens adoꝛet trinitas:
Et nos noui per veniam
Nouum canamus canticum.

¶ Et ideo (o clemēs trinitas) in perſonis ⁊ vnitas in eſſentia (vniuerſitas rerum) ideſt vniuerſe res (adoꝛet te ⁊ nos facti noui per veniam) .i. ꝑ tuā grām (canamꝰ canticum nouum) ideſt iubilum ideſt quod mēte nec oꝛe poteſt expꝛimi.

¶ Pꝛeſta beata trinitas
Concede ſimplex vnitas:
Ut fructuoſa ſint tuis
Ieiunioꝛum munera.

¶ O beata trinitas pſ̄ta) .i. dona .ſ. trinꝰ deus in ꝑſonis (⁊ o ſimplex vnitas .ſ. in ſubſtantia concede) .i. iube (vt munera ieiunioꝛum) nr̃oꝝ (ſint fructuoſa) ideſt fructus bonos ferentia tuis fidelibus ieiunantibus .i. vt ieiunium noſtra ſint acceptabilia et tibi placentia.

¶ Carmen eſt quale illud pꝛimo dieruꝫ. Canitur a pꝛincipio quadrageſimalis ieiunij: petit oꝛationes noſtras exaudiri tempoꝛe illo quo per ieiunium carnem maceramus.

Audi benigne conditoꝛ
Noſtras pꝛeces cū fletibus:
In hoc ſacro ieiunio
Fuſas quadragenario.

¶ Materia huius hymni eſt cōmendatio ieiunij ⁊ hoꝛtaṫ nos ieiunare. Et deo ſeruire ⁊ in hoc tp̄e ieiunij in oꝛōnibus pluſq̃ꝫ in alijs diebus inſiſtere: vt ī die iudicij habeamus vitā eternā. (O benigne conditoꝛ) .i. creatoꝛ omnium rerum (audi pꝛeces nr̃as cū fletibus) pꝛeces dico fuſas (ī hoc ſacro ieiunio quadragenario) ideſt in numero. xl. dierum quibus digne ieiunare debemus.



© Biblioteca Nacional de España

Quare ieiunia instituta ſunt. Quare ieiunamꝰ .xl. dies. Debemꝰ dare decimas deo ⁊ p̃mitias dierum.

**Additio.** Ne te lateat lector ieiunia ideo eſſe inſtituta: q̃m in veteri lege preceptũ erat decimas deo ⁊ p̃mitias de omnibꝰ bonis reddi. In quadrageſima autẽ ſoluitur decima dierum. Nam ſecundũ grego. de con. diſti. v. quadrageſima a prima dominica quadrageſime vſq; ad paſchalis feſtiuitatis gaudia: ſex hebdomade veniunt quarum dies .xlij. fiunt. Ex quibus dum ſex dies dominici de ieiunio ſubtrahuntur: non plus remanent i abſtinẽtia q̃ꝫ triginta ⁊ ſex dies. ſed vt numerus quadragita dierũ q̃bus xp̃s ieiunauit impleatur: recipiunt q̃ttuor dies p̃cedentis hebdomade. Itaq; dum p .ccc.lx. dies annus ducitur: nos p triginta ⁊ ſex dies affligimur: quaſi anni nr̃i decimas deo damus: vt qui nobis metipſis p acceptũ annũ viximus: auctori nr̃o nos in eius decimis mortificemꝰ. Sed quia i decimas incidimꝰ: condignũ eſt noſſe p primitijs dieꝝ vite nr̃e quattuor tẽpora in ſingulis ãnis deueniſſe. ⁊ ne p̃mam diẽ vniuſcuiuſq; mẽſis ieiunaremus: quater ter p quattuor diuerſitatibus tẽporis anni carnẽ maceramus. vt iuxta pauli vocem hoſtia viua fiat.

¶ Et quia fundimus preces (o alme ſcrutator) ideſt inq̃ſitor omniũ cordiũ noſtrorum bene dico ſcrutator quia (tu ſcis) ideſt cognoſcis. (infirma virium) quia tu ſcis (exhibe) ideſt oſtende vel da gratiam remiſſiõis tue (reuerſis) .i. penitentibus ad te.

¶ Scrutator alme cordium  
Infirma tu ſcis virium:  
Ad te reuerſis exhibe  
Remiſſionis gratiam.

¶ Bene dixit reuerſis quia (peccauimus multum quidem) .i. certe (ſed parce) .i. condona cõfitentibus peccata (⁊ cõfer) i. tribue (medelã languidis) .i. medicinã peccatoribus (ad laudem tui nominis) .i. ad hoc vt nomen tuum laudetur.

¶ Multum quidem peccauimꝰ  
Sed parce confitentibus:  
Ad laudem tui nominis  
Confer medelam languidis.

¶ Et conferendo medicinam (dona conteri) ideſt minui p abſtinentiam comeſtionis (corpus) noſtrũ extra ſe (ſic vt mens ſobria) .i. abſtinens vel modeſta (ieiunet p̃rſus) ideſt omnino (a labe) ideſt a putredine (criminum) ideſt peccatorum.

¶ Sic corpus extra conteri  
Dona per abſtinentiam:  
Ieiunet vt mens ſobria  
A labe prorſus criminum.

¶ In hoc hymno hortatur nos auctor vt ab omni pctõ abſtineamꝰ ⁊ rogemꝰ deũ cũ lachrymis ⁊ precibꝰ. vt ipſe remittat peccata nr̃a nobis ⁊ nos mundet ab omni vitio ideſt pctõ (quibꝰ) .ſ. peccatis (offendimus deũ) contra nos (corde) .i. vana cogitatione (verbis) i. iniquis ſermonibꝰ ⁊ turpiloq̇js (opibꝰ) ideſt prauis ⁊ illicitis actibus.

Ecce tempus idoneum  
Medicina peccaminum:  
Quibus deum offendimus  
Corde verbis operibus.

¶ Dico q̃ verbo ⁊ opere deum offendimꝰ (qui) .ſ. deus exiſtens (pius ⁊ propitius) i. miſericors (pepercit nobis hactenus) ideſt hucuſq; (ne) ſecundum mala noſtra nos pariter cum (noſtris iniquitatibus pderet) ſꝫ ita (pepcit) vt mediante paterno auxilio ad ipſum veniamus ⁊ amodo in bonis operibus perſeueremus.

¶ Qui pius ⁊ propitius  
Nobis pepercit actenus:  
Ne nos cum noſtris perderet  
Tantis iniquitatibus.

¶ Et quia pepercit nobis miſericorditer (placemus) ideſt placatum nobis faciamꝰ (hunc) ſcilicet deum. q̃modo (cum ieiunijs) ideſt cum abſtinentia cibi ⁊ potus. ⁊ cum p̃-

¶ Hunc igitur ieiunijs  
Cum precibus ⁊ lachrymis:

© Biblioteca Nacional de España

Multiſq; bonis alijs
Placemus deuotiſſime.

cibus) id eſt cum orationibus aſſiduis quia ipſe ait. Petite ⁊ accipietis. ⁊ alibi. amen amen dico vobis quicquid orantes petitis credite ⁊ fiet vobis (⁊ cum lachrymis) compunctionis ⁊ cum multis bonis alijs (placem⁹ eum deuotiſſime) id eſt cum magna deuotione.

¶ Ut nos a cunctis ſordibus
Purgans ornet virtutibus:
Angelicis ⁊ cetibus
Nos iungat in celeſtibus.

¶ Dixi q᷑ placemus eum deuotiſſime vt ipſe purgans nos a cunctis ſordibus) .i. peccatis ornet nos virtutibus: faciat nos perſeuerare in eis (⁊ iungat nos in celeſtibus) .i. in regno celorum (angelicis cetibus) .i. ſocietatibus angelorum.

¶ Sit benedictus genitor
Eiuſq; vnigenitus:
Cum ſpiritu paraclito
In ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Genitor) id eſt deus pater ſit benedictus (q;) pro et (eius vnigenitus) i. chriſtus qui eſt filius vnicus eius ſit benedictus (cū ſpiritu paraclito) id eſt conſolatore in ſempiterna ſecula. Amen.

Clarum decus ieiunij
Monſtratur orbi celitus:
Quod chriſtus auctor omnium
Cibis dicauit abſtinens.

¶ In hoc hymno hortaẜ nos ⁊ admonet auctor ieiuniorum humilitatem ⁊ auctoritatem habere a xp̄o ⁊ efficaciā vt antiq̄ p̄res moyſes ⁊ helias conſecuti ſunt vitaȝ eternā: ita conſequamur. Conſtructio (clarum decus ieiunij) id eſt commendabile ieiunium mōſtraẜ) .i. daẜ (celitus orbi) id eſt mundo q̄ð ieiuniū xp̄s auctor oīm rerū abſtinēs (cibis dicauit) id eſt ſanctificauit (vel auctor) id eſt factor omniū rerū (dicauit) ieiunium. Mat. iiij.

¶ Hoc moyſes charus deo
Legiſq; lator factus eſt:
Hoc heliam per aera
Curru leuauit igneo:

¶ Hoc) .i. ex hoc ieiunio (moyſes) cui data eſt lex in tabulis lapideis (factus eſt charus lator) .i. dator legis vel legiſlator (hoc heliam leuauit in curru igneo (p aera) .i. p aerē ad celū q̄r helias trāſgreſſus iordaneȝ cū ſocio ſuo heliſeo fugiens pſecutiones ie- regū. iiij. c. ij zabel dimiſſo pallio raptus eſt curru igneo in celū hoc eſt in paradyſum terreſtrem. poſtea heliſeus reuerſus pcuſſit iordanē cum pallio ⁊ aqua receſſit ⁊ tranſiuit ſicco veſtigio.

¶ Hoc daniel myſteria
Uictor leonum viderat:
Per hoc amicus intimus
Sponſi ioannes claruit.

¶ Hoc) .i. ex hoc ieiunio daniel viderat myſteria. ⁊ hoc cognouerat per ſpiritū ſanctum (victor) id eſt ſuperator (leonuȝ) et (p hoc) ſanctum ieiunium (ioannes amicus intimus ſponſi) id eſt chriſti fideliſſim⁹ (claruit) id eſt clarus factus eſt.

¶ Hec nos ſequi dona deus
Exempla parſimonie:
Tu robur auge mentium
Dans ſpiritale gaudium.

¶ Et quia iſti facti ſunt ſancti vel beati (O deus dona nobis: vt nos poſſimus hec ſequi) per exempla eorum (parſimonie) id eſt abſtinentie cibi ⁊ potus (⁊ tu auge robur) i. fortitudinem mentium dans ſpiritale gaudium hoc eſt letitiam ſpiritus.

¶ Preſta pater per filium
Preſta per almum ſpiritum:
Cum his per euum triplici
Unus deus cognomine.

¶ O pater preſta) nobis hec. ſ. que ſupra orauim⁹ (per filiū) id eſt amore filij (⁊ p almū) .i. ſpūm ſctūm tu dico exiſtēs vn⁹ deus (per euum) id eſt i eternū (cuȝ his) .i. filio et ſpū paraclito (triplici cognomine.

© Biblioteca Nacional de España

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur a principio quadrageſimalis ieiunij. cōmemorata ieiunij ratione multipliciter dei miſericordiam atqꝫ peccatorum veniam implorat.

Ex more docti myſtico
Seruemus hoc ieiunium:
Deno dierum circulo
Ductum quater notiſſimo.

¶ Materia huius hymni eſt cōmendatio ieiunij ⁊ hortatur nos ieiunare ⁊ deo ſeruire hoc tp̄e in ieiunijs ⁊ orōnibus et bonis oꝑibus pluſq̄ȝ alijs diebꝰ vt inde habeamꝰ vitā eternā. O fratres (ſeruemus hoc ieiunium) in quo modo ſumus .ſ. caſte ⁊ honeſte (nos docti) .i. inſtructi (ex more) ideſt ex cōſuetudine (myſtico) .i. figurato ieiunium dico (ductum notiſſimo circulo) ideſt reuolutiōe quaterdeno dierum) .i. per q̄draginta dies vel ducto ſcilicet circulo.

¶ Lex ⁊ ꝓphete primitus
Hoc pretulerunt poſtmodum:
Chriſtus ſacrauit omnium
Rex atqꝫ factor temporum.

¶ Lex) data per moyſem (⁊ ꝓphete .ſ. helias ⁊ alij (pretulerūt ṗmitus hoc) ieiuniuꝫ (⁊ xp̄s ſacrauit illud poſtmoduꝫ) .i. poſtea quia ꝑ .xl. dies ieiunauit donās nobis exemplū. vt tp̄e ieiunij valeamus redimere totiꝰ āni deꝑdita tp̄a per oꝑa nr̄a praua ieiunādo per .xl. dies ⁊ a malis abſtinendo. ⁊ bene debemus ieiunare: quia prophete ieiunauerunt ⁊ (xp̄s rex atqꝫ factor omnium temporum ſacrauit) illud ieiunium.

¶ Vtamur ergo partius
Verbis: cibis: ⁊ potibus:
Somno. iocis. ⁊ arctius
Perſtemus in cuſtodia.

¶ Et q꞉ ꝓphete ⁊ poſtea xp̄s conſecrauit hoc ieiuniū (vtamur ergo partius) .i. tēperantius q̄ȝ in alijs diebus (verbis) malis (⁊ cibis ⁊ potibus) .i. a ſuꝑfluitate comeſtiōis ⁊ ebrietate abſtineamus: q꞉ mediante crapula in peccatis labimur. ⁊ vēter mero eſtuans de facili fumeſcit in libidinem. ⁊ nō ſolum iſtis vtamur partius: ſed etiam (iocis) illicitis (⁊ ſomno) .i. dormitione. ⁊ (arctius) .i. ſtrictius (perſtemus) ideſt perſeueremus in cuſtodia anime noſtre.

¶ Vitemus autem peſſima
Que ſubruunt mentes vagas:
Nullūqꝫ demus callido
Hoſti locum tyrannidis.

¶ Dico ꝙ relictis vitijs perſtemus in cuſtodia virtutū (⁊ vitemus) ideſt abijciamꝰ a nobis (autē peſſima) .i. peccata vel praua oꝑa (q̄ ſubruūt mētes vagas) .i. aggrauāt (qꝫ) ꝓ et (nō demꝰ vllū locuꝫ) .i. vllā cauſā (tyrānidis) .i. pctīs vel crudelitati (callido hoſti) .i. diabolo vt conceꝝ nocere nobis.

Dicamus omnes cernui
Clamemus atqꝫ ſinguli:
Ploremus ante iudem
Flectamus iram vindicem.

¶ In hoc hymno hortatur auctor vt rogemus deū p̄cibꝰ ⁊ lachrymis vt ipſe auertat a nobis irā ſuā ⁊ remittat nob̄ delicta nr̄a. Nos (omnes cernui) .i. inclinati ⁊ humiles (dicamus) .i. confiteamur .ſ. peccata nr̄a (⁊ ſinguli) .i. q̇libet nr̄m (clamemꝰ) .i. vociferemꝰ ꝓ venia (⁊ ploremꝰ) .i. ꝯfleamꝰ .ſ. peccata nr̄a (ante iudicē) i. xp̄ȝ: q̄ eſt futurus iudex iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſclm̄ ꝑ ignē. ⁊ q̄re dico ꝙ clamemꝰ .ſ. vt flectamus irā vindicem) .i. iracūdiā vindicantē ⁊ vīdictā acipientē de cōmiſſis peccatis.

¶ Noſtris malis offendimus
Tuam deus clementiam:
Effunde nobis deſuper

¶ O deus nos offendimus) i. irritauimus (tuā clemētiā) .i. tuam benignitatem (nr̄is malis) .i. carnalibꝰ opibus. et q꞉ tu pius et miſericors es et dixiſti nolo mortē peccatorum ſꝫ vitā: ⁊ vt cōuertanꝝ ⁊ viuant ꝑ cor-

© Biblioteca Nacional de España

Remiſſor indulgentiam.

dis compunctionem (o remiſſor) .i. condonator delictorum (effunde) ideſt emitte nobis (deſuper) ideſt de ſuperno ſolio (indulgentiam peccatorum.

¶ Memento q ſumus tui
Licet caduci plaſmatis:
Ne des honorem nominis
Tui precamur alteri.
¶ Laxa malum quod geſſimus
Auge bonum quod poſcimus:
Placere quo tandem tibi
Poſſimus hic ⁊ perpetim.

¶ Et mittere debes de celo nobis veniam quia nos redemiſti ſanguine tuo (⁊ io memento) o dñe (q tui ſumus (redêpti (licet) pro q̃uis (caduci plaſmatis) .i. fragilis nature q de limo terre (⁊ p̃camur (te dñe (ne tu des) .i. pmittas (alteri) .i. inimico humani generis (honorẽ nominis tui) .ſ. nos q nomine tuo xp̃e: xp̃iani vocati ſumus.

¶ Et q alter nõ debet occupare honorem nominis tui: rogamus te (laxa) ideſt dimitte nobis (malum) ideſt peccatum (quod geſſimus) .i. quod male ppetrauim⁹ (⁊ auge) ideſt augmenta (bonum quod poſcimus) a te (quo) pro vt (poſſimus) ideſt valeam⁹ (placere tibi tandẽ) ideſt hic in preſenti .i. in conſpectu tuo (⁊ perpetim ideſt perẽniter.

¶ Carmen eſt quale ſuperi⁹. Canit in tp̃e quadrageſimalis ieiunij. multipliciter dei miſericordiam ⁊ peccatorum veniam implorat.

Summi largitor premij
Spes qui es vnica mundi:
Preces intende ſeruorum
Ad te deuote clamantium.

¶ Addit⁹ cũ gloſa. Pro tempore q̃dragesimali in quo canitur materiam ſeruat preſens hymnus. rogat deum vt nos famulos ſuos deuotos exaudire dignetur ⁊ noſtrũ acceptare ieiuniũ vt ſic digne capiam⁹ paſchalia ſacramenta. inquit ergo (o largitor) .i. o ſumme deus dator (p̃mij ſummi) .i. eterne beatitudinis (q̇ es vnica ſpes mundi) .i. in quem ſolum mundus ſperare debet q creator ⁊ redemptor ẽ. naƺ ſua paſſione ⁊ morte glorioſa nos redemit (intende) .i. attende ſuſcipe (preces ſeruorum) .ſ. tuorum (clamãtiũ ad te) .i. ad tuam miſericordiam ⁊ hoc (deuote) ideſt humiliter.

¶ Noſtra te conſcientia
Graue offendiſſe monſtrat:
Quam emundes ſupplicamus
Ab omnibus piaculis.

¶ Quia ſecundum boetiũ ſeuerinũ: q̇ operam medicantis expectat: oportet vt medico ſuum vulnus detegat. infirmi more dſectum ſuum nunc detegit noſtra conſcientia vt inde opẽ medicantis imploret dicẽs (noſtra cõſcientia mõſtrat) .i. fatetur (offendiſſe te graue) .i. grauiter ad iracundiã prouocaſſe. non q ira cadat in deũ: ſed loquẽdo more humano. vt dauid. Dñe ne in furore tuo arguas me neqƺ in ira. ⁊c. (quã .ſ. conſciẽtiam o xp̃e (nos ſupplicamus vt emundes) .i. expurges (ab omnibus piaculis) ideſt ab omnibus maculis peccatorum. Boetius.

¶ Si renuis quis tribuet
Indulge quia potens es:
Te corde rogare mundo
Fac nos precamur domine.

¶ Demonſtrat ſolius dei eſſe ſemper miſereri ⁊ parcere. q ipſe dixit in quacũqƺ hora ingemuerit peccator. ⁊c. (ſi renuis) ideſt recuſas preces noſtras exaudire ⁊ mundare nos a peccatis (quis tribuet) ideſt remittet peccata noſtra. q. d. nullus niſi tu ergo (indulge) ideſt parce nobis tu (quia potẽs es) ⁊ (o domine precamur fac) ideſt vt facias (nos rogare te mundo corde) ideſt noſtra cõſcientia munda ⁊ propterea erit acceptior ⁊ letabimur impetraſſe.

© Biblioteca Nacional de España

¶ Concludit. Ergo quia tu ſolus potēs es (accepta).i. gratū habe (hoc noſtrum ieiunium qui ſacraſti).ſ. eum ꝑſonaliter ieiunādo (quo) ꝑut vel quo.ſ. mediāte (capiamꝰ paſchalia ſacramenta).i. cōmunionē ſacri corpis ⁊ ſanguinis tui (myſtice).i. ſacramētaliter ſub ſpecie panis ⁊ vini. Sacramētū autē euchariſtie ſcdm magiſtrū ſentētiarū in.iiij. diſti.ix. duobꝰ modis ſumit.ſ. ſacramētaliter ⁊ ſpūaliter. eſt ⁊ alia lr̄a.ſ. acceptare infinitiuus vel impatiuꝰ paſſiuꝰ ſic.i. redaris acceptus ad nr̄m ieiuniū paſſiue q2 nō repit deponēs. non fit colliſio in hoc verſu.

M. ſētētia.x.

¶ Ergo accepta hoc noſtrum
Qui ſacraſti ieiunium:
Quo myſtice paſchalia
Capiamus ſacramenta.

¶ Sūma trinitas in deitate).i. deus trinꝰ in perſonis (conferat nobis) ideſt conferre dignetur nobis (hoc).ſ. quod rogatum eſt (in qua).ſ. trinitate (vnus deꝰ) ſcilicet per eſſentiam (gloriatur).i. letatur.ſ. regnans per cuncta ſecula.i. eternaliter.

¶ Sūma nobis hoc conferat
In deitate trinitas:
In qua gloriatur vnus
Per cuncta ſecula deus. Amen.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur in quadrageſimali ieiunio a dominica in paſſione. Commemorata chriſti paſſione crucē maximis laudibus proſequitur.

¶ Materia huius hymni eſt talis: vt dicit beatus ambroſius. Paſſio domini venit: et quia venit: debemus de paſſione aliqd agere. ⁊ quia debemus de paſſione aliquid dicere: ergo dicamus. Vexilla regis. vexilla domini ſunt iſta. baptiſmus de quo ipſe dicit. Niſi qs renatus fuerit ex aq̄. ⁊c. Itē vexilla ſunt corpus ⁊ ſanguis eiꝰ. Vn̄ ipſe dicit. Niſi mānducaueritis carnē filij hoīs. ⁊c. cōſtrue (vexilla).i. ſigna (regis).i. chriſti (ꝓdeūt).i. apparēt (myſteriū).i. ſacrificiū.ſ. paſſio xp̄i crucis fulget: quia expugnauit diabolum quo myſterio (conditor) ideſt creator carnis (ſuſpenſus eſt patibulo) ⁊ hoc carne pro humano genere: vel in carne ſua ꝓpria.

Que ſunt vexilla dñi.

Vexilla regis prodeunt
Fulget crucis myſterium:
Quo carne carnis conditor
Suſpenſus eſt patibulo.

¶ Ego dixi ꝙ xp̄s ſuſpenſus eſt patibulo) ideſt cruce. ⁊ ideo xp̄s (imolata ē hoſtia (vel talis eſt littera.ſ. in ara crucis gratia redēptionis.i. ſaluationis humani generis (tendens).i. extendēs manꝰ.ſ. ſuas in cruce ⁊ tēdēs (veſtigia) ſanguinis ipſiꝰ. ⁊ per hoc nota ꝙ ſanguis fluxerat ꝑ totū corpus ipſius. tendens dico viſcera numeralia: q2 in tm̄ fuit extēſus xp̄s in cruce: ꝙ omnia mēbra ipſiꝰ poterant numerari (cōfixa).i. ꝑforata (clauis.) Claui eni ſunt poſiti in manibꝰ ſuis ⁊ pedibꝰ: ⁊ lācea in latere: ⁊ ex inde exiuit ſanguis ⁊ aq̄. ex inde dico manauit ſanguis redemptionis ⁊ aqua baptiſmatis ex q̇bꝰ nos xp̄iani regeneramur in fonte ⁊ in ſacro baptiſmate.

¶ Confixa clauis viſcera
Tendens manus veſtigia:
Redemptionis gratia
Hic immolata eſt hoſtia.

¶ Ecce myſterium crucis fulget per totum mundū: q2 ꝑ crucē habemus altare: ꝑ corpꝰ xp̄i hoſtiā. ꝑ ſanguinē vinum ⁊ per ſudorē aquā: ex quibꝰ ſacrificiū facimus ſingulariter: q2 ex imolatione crucis ſibi fit altare. et ideo ꝑ crucē habemꝰ altare in quo ſacrificamus (quo).i. in quo (patibulo) vulneratus (inſuꝑ).i. ſuper clauos (mucrone).i. acumine (lācee dire).i. crudelis. ⁊ ad q̇d ad hoc ſcilicet (vt nos lauaret crimine).i. a peccato (vnda).i. aqua (manauit).i. perfluit cum ſanguine.

Nota gloſa circa ſacramenta.

¶ Quo vulneratus inſuper
Mucrone dire lancee:
Vt nos lauaret crimine
Manauit vnda ſanguine.

¶ Et eo tempore perpetrata ſunt que ſcripta ſunt de chriſto per prophetas. Unde ipſe ſumens acetum in cruce cum ſpon-

¶ Impleta ſunt que concinit
Dauid fidelis carmine:

© Biblioteca Nacional de España

Dicendo nationibus
Regnauit a ligno deus.

gia dixit. cōſumatum eſt (ꝙ dauid cecinit) ideſt ꝓphetauit (fideli carmine) in pſalte- rio ſunt impleta iſta (dicendo nationibus) ideſt gentibus diuerſis (deus regnauit a lig no) ideſt a paſſione ſurrexit.

¶ Arboꝛ decoꝛa fulgida
Oꝛnata regis purpura:
Electa digno ſtipite
Tam ſancta membꝛa tangere.

¶ Et qꝛ pepēdit in cruce poſſumus ꝓferre vocē admirationis. O quantū fuit oꝛnata (arboꝛ decoꝛa).i. pulchꝛa (⁊ fulgida).i. ſplē- dida (oꝛnata).i. decoꝛa (purpura regis).i. purpureis mēbꝛis xp̄i. Arboꝛ dico (electa tā gere) ideſt ſuſtinere (tā ſancta membꝛa dig no ſtipite) ideſt ſancto trunco.

¶ Beata cuius bꝛachijs
Secli pependit pꝛecium:
Statera facta coꝛpoꝛis
Pꝛedāq; tulit tartaris.

¶ Uere beata fuit arboꝛ vel crux in ꝙ pepē dit pꝛeciū mundi ſcilicet xp̄s (bꝛachijs) ideſt coꝛnibus (cuius) ideſt crucis (pꝛeciū ſecli) intus (pependit) arboꝛ dico (facta ſtatera) ideſt libꝛa (coꝛpoꝛis xp̄i) tulit pꝛedam tarta- ris. nam deſcendens dn̄s de cruce ad tarta- ra nullum de ſuis ibi reliquit. Jn hoc loco ſermo dirigitur ad crucem.

¶ O crux aue ſpes vnica
Hoc paſſionis tempoꝛe:
Auge pijs iuſtitiam
Reiſq; dona veniam.

¶ Et quia es ſtatera facta. (O crux aue) ideſt ſalue tu dico (vnica ſpes) noſtra (au- ge) ideſt multiplica (iuſtitiam pijs) ideſt pie tatem habentibus (hoc tempoꝛe paſſionis ⁊ dona veniam) ideſt remiſſionem peccato- rum ſcilicet reis.

¶ Te ſumma deus trinitas
Collaudet omnis ſpiritus:
Quos per crucis myſterium
Saluas rege per ſecula.

¶ Et quia nos redemiſti tuo ſanguine. idō (o ſumma trinitas deus) omnipotens (om nis ſpiritus collaudet) te ⁊ quos ſcilicet ho- mines per myſteriū crucis ideſt per paſſio- nem (ſaluas) ideſt liberas (rege per ſecula) cuncta.

¶ Carmen eſt dimetrum iambicum cacometrum. Canitur in quadrage ſimali ieiunio a dominica in paſſione. Narrat quemadmodum pꝛo redē ptione generis humani xp̄s natus atq; paſſus eſt.

Pange lingua gloꝛioſi
Pꝛelium certaminis
Et ſuper crucis tropheum
Dic triumphum nobilem:
Qualiter redemptoꝛ oꝛbis
Jmmolatus vicerit.

¶ Hymnus iſte continuat̄ ſuperioꝛi. dixe- rat eni ꝙ dn̄s poſitus fuit in cruce ⁊ latꝰ eiꝰ perfoꝛatum. ⁊ ſic depꝛecamur eum ꝙ ſicut moꝛtuus eſt ideſt ſicut coꝛpꝰ aſſumpſit i vir gine: ⁊ in crucemoꝛtificari paſſus eſt pꝛo no ſtra redēptione. ⁊ ad inferna deſcendit cum diabolo pugnauit: ⁊ eum ſupauit: ſic faciat nos vincere cuncta nobis aduerſantia ſcili cet diabolū ⁊ mundū ⁊ cōcupiſcentiā eiꝰ: ⁊ domeſticū inimicū. ſ. carnē de ꝙ dicit̄. Quā to familiaris magis ē peſtis: tanto ꝑiculoſi oꝛ (O lingua pange).i. manifeſta (ꝓliū certaminis gloꝛioſi).i. victoꝛiā quam xp̄s obtinuit moꝛiēdo ſm̄ carnē qn̄ vicit moꝛtē moꝛte ſua. Un̄ ipe ait. O moꝛs ero moꝛs tua. ⁊c. (⁊ ſup tropheū). ſ. de victoꝛia (crucis dic triūphū nobilē) de inimicis fugatis (q̄liter redemptoꝛ) ideſt libatoꝛ (oꝛbis).i. totiꝰ mūdi (imolatꝰ) in ara crucis (vicerit).i. vicit diabolū. Et nota ꝙ ante paſſionē xp̄i diabolus duas manꝰ.i. duas poteſtates. ſ. in coꝛpoꝛe ⁊ in aia hominis habuit. quia quoſdā in coꝛpoꝛe ⁊ in anima: quoſdam tātū in anima poſt moꝛtem trahebat

Peſtis eo pe- riculoſioꝛ ꝙ familiarioꝛ.

Diabolꝰ ha būt duas ma nus.

© Biblioteca Nacional de España

poſt ſe: ſed modo poſt paſſionem vnam habet. ſ. de duabus poteſtatibus amiſit vnam.

Manꝰ vñ. ¶ Manus aũt dicit a manãdo ex eo qđ ex brachijs manet vel quod digiti manant ex ea.

¶ De parentis prothoplaſti
Fraude facta condolens:
Quando pomi noxialis
Morte morſu corruit:
Ipſe lignum tunc notauit
Damna ligni vt ſolueret.

¶ In hoc loco apoſtrophat ſe auctor. ſi aliquis forte diceret quare fuit imolatus xp̄s: reſpõdeo ſic. qr cõdoluit đ deceptione primi parentis. ſ. ade (xp̄s cõdolẽs đ facta fraude parentis) nr̃i ade (ꝓthoplaſti). i. primi formati (qñ corruit) p̄mus parẽs (morte). i. in mortẽ. ⁊ hoc (morſu vetito pomi noxialis) ideſt nociui (ip̄e) xp̄s (tũc notauit) p ordinã do ſignauit (lignuꝫ). ſ. ſctẽ crucis (vt ſolueret). i. recuperaret (dãna ligni). i. que venerant (ꝑ lignum). i. pomum vetitum.

¶ Hoc opus noſtre ſalutis
Ordo depopoſcerat:
Multiformis proditoris
Ars vt artem falleret:
Et medelam ferret inde
Hoſtis vnde leſerat.

¶ Bene dico ꝙ xp̄s tũc notauit lignum vt ſolueret dãna ligni. quia nullo alio modo poteramus recuperari ⁊ hoc aggredit dicere (Ordo ſalutis nr̃e đpopoſcerat) hoc opus. ſ. vt deus carnẽ ſumeret ⁊ patibulũ crucis ſubiret ⁊ per lignũ dãna ligni ſoluerent (vt ars) ideſt deus qui eſt artifex omniũ rerum (falleret). i. deſtrueret (artẽ multiformis ꝓditoris) ideſt diaboli. ⁊ vt xp̄s) ferret medelam). i. ſalutẽ omnium gentiuꝫ (inde) ideſt ex illia re. ſ. a ligno (vnde) ideſt đ quo ligno (hoſtis). i. diabolus (leſerat). i. nocuerat.

¶ Quando venit ergo ſacri
Plenitudo temporis:
Miſſus eſt ab arce patris
Natus orbis conditor:
Atq₃ ventre virginali
Caro factus prodijt.

¶ Ergo qñ) i. poſtq̃ꝫ (plenitudo temporis) ideſt quando vltima etas (venit) ideſt vt deus ſacrificaret filium (conditor orbis) ideſt chriſtus (natus miſſus eſt ab arce patris) in mundum (atq₃ factus caro) vel carnalis (prodijt). i. exijt (de vẽtre virginali.) Et nota ꝙ ſicut flos ſine macula pulcher et olens ⁊ ſuauis naſcitur: ita chriſtus ſine ſemine et ſine crimine de vtero virginis marie ꝓdijt.

¶ Vagit infans inter arcta
Poſitus preſepia:
Membra pãnis inuoluta
Virgo mater alligat:
Et manus pedeſq₃ crura
Stricta cingit faſcia:

¶ Infans) ideſt chriſtus (poſitus inter arcta) ideſt anguſta (preſepia vagit) ideſt plãgit. Et nota ꝙ vagire eſt proprium puerorũ (virgo) maria mater ſua (alligat membra) ſua (inuoluta pannis ⁊ faſcia) ideſt vitella (cingit pedes ⁊ manus ⁊ crura ſtricta.

¶ Gloria ⁊ honor deo
Vſq₃quo altiſſimo:
Vna patri filioq₃
Inclito paraclito:
Cui laus eſt ⁊ poteſtas
Per eterna ſecula. Amen.

¶ Gloria ⁊ honor ſit vſq₃quo altiſſimo deo (vna) ideſt ſimul (patri ⁊ filio inclito) ideſt glorioſo (paraclito) ideſt ſpiritui ſancto ſit laus et gloria ſimiliter coeterna et equalis maieſtas et tribus perſonis et vni deo (cui laus eſt ⁊ poteſtas per eterna ſecula. Amen.

© Biblioteca Nacional de España

¶ Carmen eſt ſimile dimetro iābico. Canit̄ tp̄e ieiunij a dn̄ica ī paſſione. cōmemorata xp̄i paſſione cōuertit ſe ad laudes crucis in qua paſſus eſt.

Luſtra ſex qui iam peracta
Tempus implens corporis
Se volente natus ad hoc
Paſſione deditus:
Agnus in cruce leuatur
Immolandus ſtipite.

¶ Nota ꝙ luſtrū dicit̄ ſpaciū. v. annorū ꝛ dr̄ a luſtrādo eo ꝙ romāi luſtrabāt ꝑ ſpaciū v. annoꝝ totā romā. ꝛ nos ſilr̄ ꝑ q̄nqꝫ etates debem⁹ luſtrare totā romā. ſ. ſctāꝫ eccleſiā vincentē inimicos. ꝛ etiā luſtrū dr̄ obſcurū latibulū ferarū. ſ. cubile ferarū. Item luſtrū dicit̄ lupanar meretricū ꝛ ī vtraqꝫ ſignificatione dr̄ a luſtro as ꝑ cōtrariū qꝛ paꝝ illuſtrat̄. i. illuminat̄. Hymn⁹ iſte ſic continuat̄. xp̄s carnal̄r erat. xxx. annoꝝ cum eſſet dedit⁹ paſſioni. Luſtra ſex. ꝛc. Et nota accuſatiui vl̄ ablatiui caſus poſſūt ibi legi. Ablatiui ſic legunt̄. xp̄s q̄ eſt iplēs tp̄s. i. etatē corꝑis hūani ſex luſtris iā pactis. ꝛ text⁹ pōt hr̄e luſtris ſex q̄ iā pactis. Freq̄nti⁹ tñ eſt vt accuſatiui ibi legāt̄ ſic (xp̄s q̄ ē iplēs tp̄s) .i. etatē corporis hūani. ſ. ꝑ ſex luſtra (iā pacta nat⁹ ſe volēte). i. ſpōte nat⁹ (ad hoc) vt pateret̄ (agn⁹) i. xp̄s ſine macl'a. dedit⁹ paſſiōi leuat̄ ī cruce a iudeis (imolād⁹). i. ſacrificād⁹. ſtipite. i. ligno — Luſtrū ꝛ vñ

Vbi acetū: fel: arundo:
Sputa: clauis: lancea:
Mite corpus perforatur
Sanguis vnda profluit
Terra pontus aſtra mundus
Quo lauantur flumine.

¶ (Hic). i. in cruce dederūt ei (fel ꝛ acetū.) vel fel mixtū aceto (ꝛ arundo). i. calam⁹ tradit̄ ei inſignū deriſionis ꝓ ſceptro ꝛ p̄ter hec (ſputa) adhibita ſunt ei (corp⁹ mite). i. ſuaue) ꝑforatur clauis ꝛ lācea ꝛ inde (ſanguis ꝛ vnda). i. aq̄ (ꝓfluit. i. exiuit d̄ corꝑe ei⁹ (q̄ flumine). i. ꝓ qua ſanguinis effuſiōe (tr̄ra) i. humiles (pōt⁹). i. fluctuātes vitio (aſtra) ideſt iuſti (ꝛ mūd⁹). i. mūdani (lauant̄). i. purgant̄. Per aquā debem⁹ itelligere baptiſmū. ꝑ ſanguinē chriſma. Et q̄dā dicūt ꝙ angeli boni purgeti ſunt de labe quā habuerūt de illis qui ceciderunt: vt lucifer ꝛ ſui complices. ꝛ ideo dicit aſtra. — Quid intelligit̄ ꝑ aquā ꝛ ſanguineꝫ chriſti.

¶ Crux fidelis inter omnes
Arbor vna nobilis:
Nulla ſilua talem profert
Fronde flore germine
Dulce lignum dulces clauos
Dulce pondus ſuſtinet.

¶ Et qꝛ redemit nos in cruce leuatus: oēs debemus clamare. (O crux fidelis arbor inter omnes vna). i. ſola (nobilis) quia nulla ſilua profert talem) arborem (fronde). i. ꝓtectione (flore). i. decore (germine). i. fructu vel radice (vel flore). i. xp̄o qui vocatus eſt flos a prophetis: quia ſicut flos procedit ſine feditate vel aliqua putredine: ita chriſt⁹ ex vtero virginis proceſſit ſine aliquo peccato (dulce lignum) fuit illud quod ſuſtinet dulces clauos chriſti (ꝛ dulce pondus) ideſt chriſtum.

¶ Flecte ramos arbor alta
Tenſa laxa viſcera:
Et rigor lenteſcat ille
Quem dedit natiuitas
Vt ſuperni membra regis
Miti tendas ſtipite.

¶ Et quia precium mundi pependit in te: ideo (o arbor alta flecte) ideſt humilis (ramos) ideſt brachia crucie (laxa) ideſt relaxa (viſcera chriſti tenſa) ideſt extenſa in te (et ille rigor) ideſt duricia (lenteſcat) ideſt moleſcat (quem) rigorem (natiuitas) ideſt natura (dedit) tibi (vt tendas ſtipite) ideſt in cruce (miti) ideſt humili (membra ſuperni regis.

¶ Sola digna tu fuiſti
Ferre ſecli precium:

Tu ſola fuiſti digna (ferre p̄ciū ſecli) i. ſuſtiere illū q̄ fuit appc̄iat⁹. xxx. argēteis (atqꝫ ꝑ-

© Biblioteca Nacional de España

parare portum (quaſi) nauta mundo (naufrago) ideſt periclitanti.i. hoibus periclitātibus (quē mūdū ſacer cruor).i. ſanct⁹ ſanguis (perunxit) ideſt mundauit. ille dico (fuſus corpore agni.

Atq; portum preparare
Nauta mundo naufrago:
Quem ſacer cruor perunxit
Fuſus agni corpore. Amen.

Metrū eſt iābicū auctorē Ambroſius. ⁊c. Materia hui⁹ hymni ē inuitare nos ad laudē feſti paſchalis cū militauerimus contra diabolum. dicit ergo Chorus noue. ⁊c. Notandū eſt q̄ pmo vocabaṫ ciuitas illa ieb⁹. ſcdo iebuſalē. tertio ſalē. quarto hierl'ʒ per qḋ ſignificaṫ multiplex hoīs ſtatus. Jebus eni interptaṫ ↄculcamē ⁊ hoc ē qñ aliquis in adoleſcētia intōſus efficitur. Jebuſalē interp̄taṫ pax cōculcationis. ⁊ hoc eſt

Quib⁹ nominib⁹ vocabatur ante hieruſaleʒ ⁊ quare.

Chorus noue hieruſalem
Noua melos dulcedine
Promat colens cum ſobrijs
Paſchale feſtum gaudijs.

qñ aliq̄s habitat ⁊ delectaṫ in p̄dictis. Salē interp̄taṫ pax ⁊ hoc eſt qñ aliquis reuerſus eſt a vitijs. Hieruſalē interpretaṫ viſio pacis. ⁊ hoc eſt quādo aliq̄s frueṫ celeſti gaudio. Vñ hoc nomē hierl'm q̄ttuor modis accipiṫ ad lr̄am. Hierl'm eſt illa ciuitas paleſtine. Anagogice hierl'm eſt eccl'ia triūphans. ſ. chorus celeſtis patrie. Jn hoc loco accipiṫ ſic (Chor⁹ noue hierl'm).i. noue anime. ſ. cuiuſlibet hoīs bñ innouati ⁊ purgati a vitijs (pmat noua dulcedine).i. dulce melos. Melos dr̄ a mel: q: ſicut mel fit ex diuerſis gen̄rib⁹ rex: ita melos eſt qḋ fit ex diuerſis notulis nouū. Vñ cātate dn̄o cāticū nouum. Mel dr̄ a miſcēdo. vñ phibebatur i lege q̄ nemo in ſacrificio poneret mel ſʒ ſemp ſal. Mel eni fit ex diuerſis generib⁹ rerū. Hō nō dēbet eē diuerſus ſʒ vniformis in bono. vñ vinū ⁊ ſicerā nō bibet. Etiam ſumituꝛ hic vinū i mala ſignificatiōe. vinū fit ex vno gn̄re rex. illi bibūt q̄ tale q̄d faciūt ſp qḋ niſi ſit rep̄hēſibile. Sicera fit ex diuerſis gn̄rib⁹ rex q̄ duo mixta vnū corrūpit aliud. vt ċ ceruiſia aut granū corrūpit aquā aut aq̄ granū. Jlle ergo bibit ſicerā q̄ facit aliq̄d qḋ vṙ ċ gn̄re bonoꝝ cū nō ſit (chor⁹) dico colēs feſtū paſchale (cū gaudijs ſobrijs) cōuēit ad corp⁹. vñ Sobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuam⁹ i hoc ſcl'o. iuſte q̄ ad p̄ximū: pie q̄ ad deū: ſobrie q̄ ad noſmetipos

Hieruſalem quadrupliciter accipitur ſecundū. iiij. ſenſus ſacre ſcripture.

Melos vñ. Mel vnde.

Sicera.

Additio. Mel non dicitur a miſcendo: ſed a meli greco. Melos autem non dr̄ ab hoc nomine mel ſed eſt grecum: ⁊ eſt cantus ſuauitas ſiue dulcis modulatio.

Quo. ſ. feſto paſchali (xp̄s inuictus leo) vt narrat phiſiologus. Sicut leo rugitu ſuo reſuſcitat catulū poſt triduuʒ: ita pr̄ filium quare dict⁹ eſt leo. ille dico (ſurgēs dracōe) ideſt diabolo (obruto).i. lapſo (dum viua voce pſonat) vt genimina viparum: quis docuit vos fugere a ventura ira? Vel generaliter pōt legi de āgelis q̄ viua voce reſuſcitabūt mortuos ad iudiciū (excitat fūctos a morte) ſm p̄mā lr̄aʒ (a morte).i. a mortali pctō: ſm aliā lr̄aʒ (a morte) quā oīs hō habebit.

Quo xp̄s inuictus leo
Dracone ſurgens obruto:
Dum voce viua perſonat
A morte functos excitat.

Jpſe. ſ. deus (refudit) ideſt retro fudit vl' reddidit (predā quā tartarus) ideſt infern⁹ (improbus).i. inſatiabilis (deuorarat) ideſt ad ſe traxerat (captiuitate libera) ideſt anime ſanctoꝝ (libera agmina ſequuntur ieſū) vnde illud quocūq; pergis. ⁊c.

Quam deuorarat improbus
Predam refudit tartarus:
Captiuitate libera
Jeſum ſequuntur agmina.

Nos ſupplices).i. humiles (p̄camur ip̄ʒ regē).i. xp̄ʒ nos dico milites precemur inq; regē cum prece ⁊ laudibus (vt ordinet nos) in ſuo clariſſimo palatio).i. in celo iter ſanctos: vnde in euangelio. Jn domo patris mei manſiones multe ſunt.

Jpſum canendo ſupplices
Regem precemur milites:
Ut in ſuo clariſſimo
Nos ordinet palatio.

© Biblioteca Nacional de España

¶ Per ſecla mentis neſcia
Patri ſupremo gloria:
Honorqꝫ ſit ⁊ filio
Spiritui paraclito. Amen.

¶ Gloria ſit patri ſupremo) .i. excelſo (per ſecla) ideſt per ſecula. ⁊ eſt ibi ſincopa. glĩa dico neſcia mente. i. incõprehenſibilis poſſibilitate humana. vnde deus regnabit ĩ eternum ⁊ vltra. (⁊ honor ſit) ſcilicet patri; cuꝫ filio ⁊ ſpiritu paraclito. Amen.

¶ Carmen eſt dimetrum iambicum cacometrum. Canitur tempore paſchalis reſurrectionis. cõmemorat beneficia que ex chriſti paſſiõe atqꝫ reſurrectione accepimus.

O Rex eterne domine
Rerum creator omnium:
Qui es ⁊ ante ſecula
Semper cum patre filius.

¶ Omnes iſti hymni habent vnam materiam ⁊ vnã intẽtioneꝫ: qꝛ de paſſione xp̃i et de reſurrectione tractant. Oſtẽdit. n. ꝙ ſicut mortuus eſt ꝓpter delicta nr̃a: ſic ⁊ reſurrexit propter iuſtitiam ⁊ iuſtificationem nr̃aꝫ ⁊ contulit nobis verum paſcha ideſt trãſitũ de terra ad celum: de inferno ad paradyſuꝫ. Item rogat vt ſua reſurrectio ſit noſtra redemptio ⁊ in paſchali tempore vel gaudio. ideſt in die iudicij defendat nos a periculo mortis ideſt a dãnatione. Vel materia huius hymni eſt vt deum deprecemur vt ſicut ille plaſmauit adam ⁊ accepit corporis eiꝰ formam) vt nos redimeret a poteſtate diaboli ⁊ iungeret nos deo patri: ita liberet nos ab omni delicto ĩ hoc paſchali gaudio. O (domine eterne rex) quia in omni tẽpore es rex regũ tu dico (creator oĩꝫ rerum) ⁊ qui ſemꝑ es filius cũ patre (ante ſecula). i. ante mundi conſtitutionem.

¶ Qui mundi in primordio
Adam plaſmaſti hominem:
Cui tue imagini
Vultum dediſti ſimilem.

¶ Qui plaſmaſti) hominem vel formaſti de nihilo (in primordio) ideſt in principio mundi (cui) ideſt ade (dediſti vultum ſimilem) ideſt mentem ſimilem per rationeꝫ (tui imagini) ideſt tue forme. vnde p̃mo geneſis Formauit deus hominem ad ſimilitudineꝫ ſuam.

¶ Quem diabolus deceperat
Hoſtis humani generis:
Cuius tu formam corporis
Aſſumere dignatus es.

¶ Quem (adam ſcilicet (diabolus hoſtis) ideſt iſidiator (humani generis) vel hoſtis quia nos in adaꝫ deceperat ideo (tu formã) ade dignatus es aſſumere vt ſic nos redimeres. ⁊ hoc eſt cuius ade dignatus es aſſumere corporis formam.

¶ Ut hominem redimeres
Quem ante iam plaſmaueras:
Et nos deo coniungeres
Per carnis contubernium.

¶ Dico ꝙ dignatus es formam ſerui accipere ad hoc (vt redimeres hominem) ſciliꝫ adam ⁊ alios (quem) hominem (iam ante plaſmaueras) ⁊ nos redimendo coniungeres deo (patri per contubernium) ideſt per vnionem vel per habitaculum vel per coniunctionem (carnis) ideſt humanitatis.

¶ Quem editum ex virgine
Paueſcit omnis anima:
Per quem ⁊ nos reſurgere
Deuota mente credimus.

¶ Quem editum) ideſt natum (ex virgine) maria (omnis anima) ideſt omnis ſpiritus rationalis paueſcit) ideſt miratur (per quem credimus reſurgere nos) dũ veneris iudicare viuos ⁊ mortuos (deuotamẽte.



© Biblioteca Nacional de España

¶ O tu chriſte (qui donaſti nobis) .i. omnibus credentibus pie ⁊ quid (indulgētiā) originalis peccati ideſt remiſſionem (per baptiſmum) qui tenebamur ligati vinculis conſcientie.

¶ Qui nobis per baptiſmum
Donaſti indulgentiam:
Qui tenebamur vinculis
Ligati conſcientie.

¶ Qui dignatus es ſuſcipere crucem) ideſt paſſionem crucis propter hominem: ⁊ (dediſti tuum ſanguinem precium noſtre ſalutis) quia cum ſanguine tuo emiſti nos ⁊ redemiſti.

¶ Qui crucem propter hominem
Suſcipere dignatus es:
Dediſti tuum ſanguinem
Noſtre ſalutis precium.

¶ Et quia tot ⁊ tanta feciſti ꝙ nos a morte liberaſti: ideo (o auctor omniū rerum queſumus) ideſt rogamus te (in hoc paſchali gaudio) ideſt tua reſurrectione (defende) ideſt protege (populum tuum) a morte eterna iam redemptum (ab omni mortis impetu) ideſt ab omni periculo ne denuo in mortem corruamus.

¶ Queſumus auctor omnium
In hoc paſchali gaudio:
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

¶ Carmen eſt dimetrum iambicum cacometrum. Et canitur tempore paſchalis reſurrectionis, cōmemoratis ijs que in reſurrectione xp̄i contigerunt: petit corda noſtra ab illo poſſideri.

Eccleſia dr̄ aurora. ¶ Materia huius hymni eſt laudare deū ⁊ extirpare vitia ⁊ adherere virtutibus. Et nota ꝙ eccl'ia dr̄ aurora ⁊ q2 aurora expellit tenebras: ita eccleſia penitus extirpat vitia ⁊ peccata. Aurora dicit, quia xp̄s reſurrexit: celeſtes creature intonant laudibus: ⁊ homines exultantes laudant. ⁊ diabolus vlulat ⁊ gemit. expone ergo ſic (aurora lucis rutilat) .i. qn̄ aurora pullulat ⁊ icipit dieſcere (celum) .i. celeſtis creatura (intonat) .i. reſonat (laudibus mūdꝰ exultās iubilat) .i. hoies credētes in deū cantāt (⁊ ifernꝰ gemēs) .i. diabolus vlulat .i. plāgit q2 dolet de amiſſione eorum: quos tenebat mortuos .ſ. adā ⁊ alios quos ſecum deus traxit ad requiem.

Aurora lucis rutilat
Celum laudibus intonat:
Mundus exultans iubilat
Gemens infernus vlulat.

¶ Dico ꝙ celum tunc intonat laudibus (cū rex ille fortiſſimus) .i. xp̄s (cōculcās pede) ideſt poteſtate ſua (tartara) .i. diabolū (ſoluit) ideſt liberauit (miſeros homines) a pena diaboli. ⁊ hoc (cōfractis viribus mortis) ideſt diaboli.

¶ Cum ille rex fortiſſimus
Mortis confractis viribus:
Pede conculcans tartara
Soluit a pena miſeros.

¶ Vere fractis viribus mortis ideſt diaboli ſoluit a pena miſeros homines. quia (ille clauſus lapide) ideſt monumento (cuſtoditur) ideſt vigilat (ſub milite) ideſt ſub militibus: ſingulari pro plurali per ſynedochem (qui triumphans) ideſt veniens (pompa nobili) ideſt victoria: quia tunc animas ab inferis extraxit (ſurgit) ideſt ſe-

¶ Ille qui clauſus lapide
Cuſtoditur ſub milite:
Triumphans pompa nobili
Victor ſurgit de funere.

© Biblioteca Nacional de España

ſurſum erigit (de funere) ideſt de morte (victor) ideſt triumphator.

¶ Solutis iam gemitibus
Et inferni doloribus:
Quia ſurrexit dominus
Reſplendens clamat angelus.

¶ Accipe de predicto verſu. (chriſtus erat victor) ſolutis iam gemitibus ⁊ inferni doloribꝰ (angelus reſplendens) ideſt valde nitens (clamat) dicens mulieribus. Jte dicite diſcipulis eius ⁊ petro quia ſurrexit dominus.

¶ Triſtes erant apoſtoli
De nece ſui domini:
Quem pena mortis crudeli
Serui damnarant impij.

¶ Jta dixerunt angeli mulieribus (quia apoſtoli erant triſtes de nece) ideſt de morte (ſui domini) quem dominum (ſerui impij) ideſt iudei (damnarant) ideſt damnauerant (crudeli pena mortis.

¶ Sermone blando angelus
Predixit mulieribus:
Jn galilea dominus
videndus eſt quãtotius.

¶ Et quia apoſtoli erant triſtes de nece ſui domini: ideo (angelus predixit mulieribus blando ſermone dominus videndus eſt in galilea) a vobis (quãtotius) ideſt ſubito.

¶ Jlle dum pergunt concite
Apoſtolis hoc dicere:
Uidentes eum viuere
Oſculantur pedes domini.

¶ Jlle mulieres dum pergunt (concite) ideſt ſollicite dicere hoc apoſtolis (videntes eum viuere) ideſt chriſtum (oſculantur pedes domini) ideſt locum vbi perfoderãt euꝫ perfidi iudei. Mat. xxviij.

¶ Quo agnito diſcipuli
Jn galileam propere:
Pergunt videre faciem
Deſideratam domini.

¶ Quo agnito) ideſt quo audito quia ſurrexit dominꝰ (diſcipuli) ideſt apoſtoli (pergunt propere) ideſt feſtinanter (in galileam videre faciem domini deſideratam) ſcilicet ab eis.

¶ Claro paſchali gaudio
Sol mundo nitet radio:
Cum chriſtum iam apoſtoli
Uiſu cernunt corporeo.

¶ Sol nitet) ideſt ſplendet (radio ſuo mũdo) ſcilicet paſchali gaudio claro (cum) .i. quando (apoſtoli) cernunt iam chriſtum viſu corporeo.

¶ Diximus ꝙ tunc apparuit diſcipulis: ſed quidam illorum ſcilicet thomas cum abeſſet in apparitione narrantibus alijs non credidit. vnde dominus oſtendit ei ſua vulnera. ⁊ ait. Noli eſſe incredulus ſed fidelis. Et nota ꝙ quattuor de cauſis cicatrices vulnerum oſtendit dominus ſcilicet vt eſſet ſignum victorie. vt deinceps de reſurrectione non dubitarent ⁊ non crederent eum phantaſticum corpꝰ accepiſſe: aut vt eſſent ad patrem interceſſio. Quare oſtẽdit dñs cicatrices diſcipulis.

¶ Oſtenſa ſibi vulnera
Jn chriſti carne fulgida:
Reſurrexiſſe dominum
Uoce fatentur publica.

¶ Conſtructio (Oſtẽſa ſibi vulnera) ideſt oſtenſis vulneribus (ſibi) ideſt apoſtolis in fulgida carne chriſti illi apoſtoli (fatent) ideſt predicant (voce publica) ideſt manifeſta dominum ſurrexiſſe. Luce. xxiiij. Joan. xx.



© Biblioteca Nacional de España

¶ O xp̄e clementiſſime rex tu poſſide) ideſt guberna (corda nr̄a) ideſt mentes ſimul cū corporibus (vt reddamus) ideſt perſoluamus ad honorem tuum omni tempore. (laudes tibi debitas.

¶ Rex chriſte clementiſſime
Tu corda noſtra poſſide:
Ut tibi laudes debitas
Reddamus omni tempore.

¶ Carmen eſt dimetrum iambicum cacometrum. Canitur in tempore paſchalis reſurrectionis. Dicit ꝙ xp̄s eſt noſtrum verum paſcha: facitq; memoriam paſſionis ⁊ reſurrectionis eius.

¶ Materia huius hymni eſt ꝙ nos inuitat auctor ad cenā agni illius qui tollit peccata mundi. ſ. ad accipiendum corpꝰ ⁊ ſanguinem dn̄i de quo dictū eſt. qui ſumit corpus xp̄i indigne: iudiciū ſibi manducat ⁊ bibit. q̇ vero digne: habet vitā eternā. Nos vero poſiti (ad cenam agni prouidi). i. ad accipiē dum corpꝰ ⁊ ſanguinē dn̄i vel ad vltimū p̄ceptū xp̄i: q̄ ſicut poſt cenā nullū reſtat prādiuz ita poſt nouum teſtamentū nullū reſtat p̄ceptū. (Ad cenā agni ꝓuidi ⁊ agni candidi ſtolis albis). i. cū virtutibꝰ (canamus p̄ncipi xp̄o). i. laudemus eum de reſurrectione (poſt trāſitum maris rubri). i. poſt baptiſmū vel poſt gloriam reſurrectionis.

AD cenam agni prouidi
Et ſtolis albis candidi:
Poſt tranſitum maris rubri
Chriſto canamus principi.

¶ Sanctiſſimum corpus cuius xp̄i torridum) ideſt crematum quia paſſum (in ara crucis guſtando) ideſt ſuſcipiendo (eius roſeo cruore viuimus deo) ideſt diuine.

¶ Cuius corpus ſanctiſſimum
In ara crucis torridum:
Cruore eius roſeo
Guſtando viuimus deo.

¶ Dico ꝙ viuimus deo ꝓtecti ideſt defenſi vel ſeruati (veſpere paſche) ideſt vltima etate vel myſterio reſurrectionis xp̄i quod nocte paſche factū eſt (ab angelo deuaſtante) ideſt ꝑcutiente p̄mogenita egypti (erepti) ideſt liberati (de duriſſimo iperio pharaonis) ideſt diaboli.

¶ Protecti paſche veſpere
A deuaſtante angelo:
Erepti de duriſſimo
Pharaonis imperio.

¶ Conſtrue (xp̄s eſt iam noſtruz paſcha) ideſt trāſitus de vitijs ad virtutes (q̇ xp̄s ē agnꝰ). i. patiens (imolatꝰ) pro omnibꝰ nobis vel ſic (quia xp̄s imolatus ꝓ nobis) eſt agnꝰ ſinceritatis ideſt puritatis (caro eius oblata). i. ſacrificata (eſt azima). i. ſine fermēto vel ſine amaritudine. Azima dicitur ab a qḋ eſt ſine ⁊ zima qḋ eſt fermentuz vel amarū. inde azima q̄ſi ſine amaritudine.

Azima vn̄.

¶ Iam paſcha noſtrum xp̄s eſt
Qui immolatus agnus eſt:
Sinceritatis azima
Caro eius oblata eſt.

¶ O vere digna hoſtia) ideſt ſacra (ꝑ quā ſcilicet hoſtiā (tartara ſunt fracta) ⁊ ꝑ quaz (plebs captiuata). i. anime ſanctorum in inferno detente: ſunt redēpte. (⁊ per quaz premia vite) eterne ſunt reddita (plebs) dico captiuata redit) ideſt reuertitur (ad premia vite ſupple eterne.

¶ O vere digna hoſtia
Per quam fracta ſunt tartara:
Redempta plebs captiuata
Redit ad vite premia.

© Biblioteca Nacional de España

¶ Cum ſurgit xp̄s tumulo
Victor redit de baratro:
Tyrannum trudens vinculo
Et reſerans paradyſum.

¶ Cum ideſt quando xp̄s ſurgit tumulo.i. de ſepulchro (victor redit de baratro).i. de fouea inferni (trudēs) ideſt claudens (tyrānum).i. diabolum (vīculo).i. cum poteſtate ſua ligans eum (⁊ reſerans paradyſum) fidelibus tuis: quia tua miſericordia hoc feciſti. ideo rogamus te.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur in re diuina aſcēſionis dominice. cōmemorata chriſti aſcenſione ⁊ regno illi a patre tradito: petit illius beneficium in die iudicij.

Eterne rex altiſſime
Redemptor ⁊ fidelium:
Quo mors ſoluta deperit
Datur triumphus gratie.

¶ O eterne rex altiſſime ⁊ redēptor fideliū quo) ideſt per quem mors (ſoluta deperit) deſtructa extitit vel perijt vel (mors) ideſt decenſus ad inferna quia ſancti illuc modo non deſcēdūt. vt añ paſſionē xp̄i. (triūph⁹) ideſt victoria gr̄e dat̄ iā gl̄ificatis in aīa et corpe glorificandis in reſurrectione.

¶ Scandens tribunal dextere
Patris poteſtas omnium:
Collata ieſu celitus
Que non erat humanitus.

¶ Tu ſcandens).i. aſcēdēs (tribunal) ideſt ſedē (dextere patris).i. ad equalitatē patris (poteſtas oīm) rerū (eſt collata) ideſt attributa ieſu.ſ. xp̄o ⁊ hoc (celitus) ideſt diuinitus. poſſumus dicere q̄ ſol⁹ ē ad dxterā patris. Ceteri ordines ſctōrum ad ſiniſtrā reſpectu claritatis filij (q̄ poteſtas nō erat) ei (collata hūanit⁹).i. q̄zdiu vel qn̄ erat in mundo.

¶ Ut trina rerum machina
Celeſtium terreſtrium:
Et infernorum condita
Flectāt genu iam ſubdita.

¶ Dico q̄ poteſtas dat̄ diuinitus xp̄o que non erat humanit⁹. vt trina rerum machina).ſ. celeſtium terreſtrium ⁊ infernoꝝ condita a te (flectant genu iaʒ ſubdita) ideſt flectentes genua celeſtes terreni ⁊ infernales ſunt ſubdita) ideſt humiliata tibi ad honorem tui.

¶ Tremunt videntes angeli
Vice verſa mortalium:
Culpat caro. purgat caro.
Regnat deus dei caro.

¶ Angeli videntes (humanā formā vl̄ naturā tremūt).i. mirātur.ſ. q: videbāt humanam naturā ꝑ ipſum xp̄m ad dexteram patris collocatā ⁊ exaltatam. ⁊ hoc vice verſa mortaliū) tremebāt ⁊ mirabant̄. ¶ Et nota q̄ ante natiuitatē xp̄i angeli ab hoībus ſe adorari patiebantur, ſʒ nō poſtea ſicut legimus de Joanne: qui cum vellet angelum adorare: inquit angelus ioanni. Noli me adorare: ſeruus tuus enim ſum ⁊ fratrum tuorum (Caro) ade (culpat nos) ideſt per adam ī peccatum cadimus (caro xp̄i purgat nos) ideſt per xp̄m de vitijs ad virtutes ſurgimus (caro) dei. ⁊ deus (regnat) quia xp̄s deus eſt ⁊ homo.

Ante xp̄i natiuitatē angeli adorabantur. lege apocal̄. xxij.

¶ Tu eſto noſtrum gaudium
Manens olimpo preditum:
Mundi regis qui fabricam
Mundana vincens gaudia.

¶ O chriſte tu eſto noſtrum gaudium manens preditum) ideſt nob̄ paratum honoratum vel ſublimatuʒ (olympo).i. in celo (tu qui regis) ideſt gubernas (fabricam) mundi (vincens mundana gaudia) ideſt amor tuus ſuperexcellit omnes delectationes mūdi.



© Biblioteca Nacional de España

¶ Quaſi diceret ſuperexcellit gaudia mūdi ⁊ (hinc nos precantes q̄ſum⁹).i. dep̄camur te (ignoſce criminibus).i. dimitte nob̄ peccata noſtra (⁊ ſubleua).i. ſurſum leua (corda ad te ſuperna gratia) ideſt ꝓ ſumma miſericordia.

¶ Hinc te precantes queſumus
Ignoſce tu criminibus:
Et corda ſurſum ſubleua
Ad te ſuperna gratia.

¶ Nos qm̄s te (vt cū).i. qn̄ cep̲is (clarere) ideſt fulgere (repēte).i. feſtinanť (nube iudicis) i. xp̄i (rubēte) i. clareſcēte. i. te ip̄o iudice aduenīēte: a nob̄ (repellas penas debitas) per adā (⁊ reddas).i. tribuas p̲ gr̄az (coronas p̲ditas) ⁊ culpā iuētā ⁊ collatam ſ᷒ meritū p̲ gr̄az. q: nō neceſſitate cogēte: ſ᷒ volūtate ⁊ grat꜡ a morte liberauit ⁊ ſaluauit nos.

¶ Ut cum rubente ceperis
Clarere nube iudicis:
Penas repellas debitas
Reddas coronas perditas.

¶ O domine) ieſu chriſte (qui ſcandis ſupra ſydera) ideſt ſuper om̄es celos (gloria) ideſt laus ⁊ honor (ſit tibi cum patre et ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula amen) ideſt ſine fine.

¶ Gloria tibi domine
Qui ſcandis ſupra ſydera:
Cum patre ⁊ ſancto ſpiritu
In ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Carmē eſt dimetrū iābicū cacometrū. Canitur ī feſto aſcēſionis dn̄ice. Agit xp̄o gr̄as qꝫ ꝓ nobis paſſus mortem nos a morte liberauit.

¶ O ieſu noſtra redemptio) tu dico (amor ⁊ deſiderium) noſtrum ideſt amor deſiderabilis (deus creator omnium) qui es (in fine temporum) factus (homo (vnde deus ⁊ homo ⁊ hoc in vltima etate.

IEſu noſtra redemptio
Amor ⁊ deſiderium
Deus creator omnium
Homo in fine temporum.

¶ Que) ideſt quanta (clementia).i. pietas (vicit) ideſt cōpulit te. vt ferres ideſt portares vel deleres (nr̄a crimina) ideſt peccata (patiens crudelem mortē) crucis pro peccatis noſtris: ⁊ quare vt (tolleres) ideſt liberares (nos a morte) ideſt a diabolo.

¶ Que te vicit clementia
Ut ferres noſtra crimina:
Crudelem mortem patiens
Ut nos a morte tolleres.

¶ Tu penetrās) ideſt frangēs (clauſtra inferni) redimens ſanguine tuo (captiuos) q̄ tenebantur iuſte in inferno (reſidens ad dexteram patris) manes (victor triūpho nobili) ideſt mirabili victoria.

¶ Inferni clauſtra penetrans
Tuos captiuos redimens:
Uictor triumpho nobili
Ad dextram patris reſidens.

¶ Ipſa pietas (q̄ cogit te) vt ſubires mortem crucis (cogat) ideſt impellat te (vt ſuperes noſtra mala) ideſt dimittas nobis debita noſtra (⁊ ſaties) ideſt impleas ⁊ frui facias (nos compotes noſtri voti) ideſt deſiderij (tuo vultu) ideſt tua preſentia.

¶ Ipſa te cogat pietas
Ut mala noſtra ſuperes:
Parcendo ⁊ voti compotes
Nos tuo vultu ſaties.

¶ Et tu qui es futurus noſtrum premium eſto noſtrum gaudium) ideſt in preſenti et in futuro (⁊ noſtra gloria) ideſt laus (ſit in

¶ Tu eſto noſtrum gaudium
Qui es futurus premium:

© Biblioteca Nacional de España

Sit in te noſtra gloria
Per cuncta ſemper ſecula. Amen.

te ſemper) ideſt in omni tempore (per cuncta ſecula. Amen.

¶ Carmen eſt quale ſupius. Canitur in feſto aſcenſionis dñi ad laudes. deſcribitur xp̃i aſcẽſio in celo ⁊ petit illius beneficium in die iudicij.

¶ Additꝰ cũ gloſa. Materia preſentis hymni eſt deſcribere glorioſam xp̃i aſcẽſionẽ: ⁊ regnũ celorũ ſibi traditũ a patre. ꝓpter qđ eccleſia inuitat nos ad noua cãtica ꝑſoluenda deo. dicens (canamus hymnum glĩe ⁊ hymni noui) ideſt noue laudes (perſonẽt) ſcilicet nũc (cum xp̃s aſcendit ad thronum patris). i. ad celum ⁊ hoc (nouo tramite) ideſt admirando. quia mirabantur angeli humanam naturam per ipſum chriſtum ad dexteram patris aſcendentem.

Hymnum canamus glorie
Hymni noui nũc ꝑſonent:
Chriſtus nouo cum tramite
Ad patris aſcendit thronum.

¶ Tranſit triumpho nobili
Poli potenter culmina:
Qui morte mortem aſſumpſerat
Deriſus a mortalibus.

¶ Incipit diſcurſus aſcenſionis ſic (chriſtus trãſit potenter) ideſt cum magna maieſtate ⁊ poteſtate (culmina) ideſt altitudinẽ (poli) ideſt celi ⁊ hoc (nobili triumpho). i. inaudita victoria (qui deriſus a mortalibꝰ aſſumpſerat). i. deſtruxerat mortem. ſ. noſtram morte ſcilicet ſua.

¶ Apoſtoli tunc myſtico
In monte ſtantes chriſmatis:
Cum matre clara virgine
Jeſu videbant gloriam.

¶ Tunc. ſ. cum chriſtus tranſibat culmina poli: apoſtoli ſtantes in mõte myſtico chriſmatis quia ibi confirmati fuerũt in fide (cũ matre virgine clara) ideſt cum maria immaculata dei genitrice (videbant gloriam ieſu aſcendentis in celum.

¶ Hoc proſecuti lumine
Leto potenter ſydera:
Letis per auras cordibus
Duxere regem ſeculi.

¶ Et cum apoſtoli cum maria virgine (ꝓſecuti ſcilicet eſſent). i. reſpicerent hoc ideſt gloriam ieſu aſcendentis in celum (leto lumine) ideſt letis oculis (ſydera) i. oẽs ciues ſyderei ideſt celeſtis curie (duxere). i. ꝑduxere (cordibus letis regem ſeculi) ideſt xp̃m ⁊ hoc per auras. i. per celi tractus.

¶ Quos alloquentes angeli
Quid aſtra ſtantes cernitis
Saluator hic eſt inquiunt
Jeſus triumpho nobili.

¶ Quos. ſ. diſcipulos cum matre ieſu (angeli alloquentes). i. ad eos loquẽtes (inquiunt quid vos ſtantes). ſ. arrectis in celũ luminibus (cernitis aſtra hic). ſ. qui aſcendit triumpho nobili eſt ſaluator ieſus.

¶ A vobis ad celeſtia
Qui regnans nunc aſſumptus eſt:
Venturus inde ſeculi
In fine iudex omnium.

¶ Dico quod hic eſt ſaluator ieſus (q̇ regnãs aſſumptꝰ eſt a vobis). i. a vr̃o aſpectu ad celeſtia). ſ. regna ⁊ (venturus. ſ. eſt inde) ideſt a celo in fine ſeculi (iudex omnium). ſ. viuorum ⁊ mortuorũ.



© Biblioteca Nacional de España

¶ Ecce hic petit̃ beneficiũ a deo in die iudicij. ordina ſic. (quo tp̃e) .i. in quo tẽpore iudicij (o ieſu vnice redemptor precamur) ideſt rogamus te (aggrega) ideſt aduna vł coniunge tu benignus nos (in ethera) ideſt ſuper celum (inter tuos ſeruos) ideſt inter ciues celicos.

¶ Quo nos precamur tempore
Jeſu redemptor vnice:
Inter tuos in ethera
Seruos benignus aggrega.

¶ Da nobis) proſequitur ideſt concedas nobis (tendere) ideſt ire (deuotione ſedula) ideſt feſtina illuc ideſt ad eum locum (quo) ideſt in quo (credimus te ſedere cum patre in arce regni) ſcilicet celeſtis.

¶ Da nobis illuc ſedula
Deuotione tendere:
Quo te ſedere cum patre
In arce regni credimus.

¶ O domine gloria ſit tibi qui ſcandis) .i. aſcendis (ſupra ſydera) ideſt ſuper celos vbi regnas cuꝫ patre ⁊ cum ſpiritu ſancto i ſempiterna ſecula (amen) ideſt ita fiat.

¶ Gloria tibi domine
Qui ſcandis ſupra ſydera:
Cum patre ſancto ſpiritu
In ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur in feſto penthecoſtes hoc eſt quinquageſime. Spiritum ſanctũ implorans: petit vt illius amore nos inflãmet ⁊ in dei gratia confirmet.

¶ Materia huius hymni ẽ ſp̃us ſct̃us queꝫ pater ꝓmiſerat qñ dixit iobeli. Effundã de ſp̃u meo ſup̄ oẽm carnem. Filius ꝓmiſit qñ dixit. Si aſſumptus fuero in celũ mittã vobis paraclitũ. ⁊ ap̃lis ſimul orantibꝰ in hora. iij. mũdꝰ tonuit. ⁊ ſubito venit ſp̃us ſanctꝰ ⁊ ap̃li inflãmati ſp̃u ſct̃o: diuerſis loquebant̃ linguis magnalia dei. Jntẽtio eſt rogare deũ vt purget pectora nr̃a ſup̄no ſplendore: ⁊ illuminet gr̃a ſp̃us ſcti: vt expellat a nobis viſibiles ⁊ inuiſibiles hoſtes vt habeamꝰ vitam ꝑmanentẽ cũ ipſo. O (creator) ſancte ſp̃us dei (veni ⁊ viſita mẽtes tuoꝝ) fidelium ⁊ veniendo (imple pectora ſuperna gr̃a que tu creaſti) ideſt feciſti.

Jobelis. ij.

Veni creator ſpiritus
Mentes tuorum viſita:
Imple ſuperna gratia
Que tu creaſti pectora.

¶ Qui paraclitus .i. cõſolator (diceris donũ dei altiſſimi) ⁊ diceris fons viuus. de q̃ non cõmunicat̃ alienis. vel fons viuus aq̃ ſalientis in vitã eternã ⁊ diceris (ignis) q: corda hoim ad dilectionem dei ⁊ ꝓximi accendis ⁊ vitia .i. peccata conſumis. ⁊ diceris (charitas) quia facis diligere deum ⁊ ꝓximum. ⁊ diceris (ſpiritalis vnctio) quia de ſpiritali vnctione ideſt de ſpiritu ſancto vngis corda hominũ vt humilientur in baptiſmo.

¶ Qui paraclitus diceris
Donum dei altiſſimi:
Fons viuus: ignis: charitas
Et ſpiritalis vnctio.

¶ Tu es ſeptiformis mũere) .i. donis (gratie) .i. ꝓpt̃ ſeptiformẽ gr̃aꝫ. Septẽ eni ſunt dona ſp̃us ſcti. ſp̃us ſapiẽtie ⁊ ĩtellectꝰ: ſp̃us cõſilij ⁊ fortitudinis ſp̃us ſcie ⁊ pietatis ⁊ amoris (tu) es (digitꝰ) .i. potẽtia (dextre dei) q: ſicut nodi digitorũ varij ſunt. ita varia ſunt dona ſp̃us ſcti. ⁊ (tu) es (ꝓmiſſũ p̃ris)

Septẽ dona ſp̃us ſancti.

¶ Tu ſeptiformis gratie
Dextre dei tu digitus:
Tu rite promiſſum patris
Sermone ditans guttura.

© Biblioteca Nacional de España

⁊ ditans idest faciens diuites guttura vel pectora (sermone rite) idest recte vel tu es (ditans guttura promiſſum) idest promiſſio.

¶ Accende lumen ſenſibus
Infunde amorem cordibus:
Infirma noſtri corporis
Virtute firmans perpetim.

¶ Et tu qui operaris oia (accende lumē ſenſibꝰ). i. mentibꝰ nr̄is: ⁊ īfunde cordibꝰ nr̄is (amorē). i. dilectionē dei (firmās infirma) ideſt debilia (nr̄i corpis ꝑpeti). i. perēniter vel ꝑpetuo (v̄tute). i. mirabiliter cū virtute ꝑpetua ⁊ ſemꝑ nos firmās). i. ꝓtegens.

¶ Hoſtem repellas longius
Pacemq; dones ꝓtinus:
Ductore ſic te preuio
Vitemus omne noxium.

¶ Repellas hoſtem longius) ideſt remoueas eum procul (q;) pro et (dones pacem ꝓtinus) ideſt cito (vitemus omne noxium) ideſt peccatum (ſic te preuio). ſ. ductore.

¶ Per te ſciamus da patrem
Noſcamus atq; filium:
Te vtriuſq; ſpiritum
Credamus omni tempore.

¶ Da) o ſancte ſpiritus. vt per te ſciamus patrem atq; noſcamus filium) et (credamꝰ te vtriuſq; ſpiritum) ideſt procedentē a patre ⁊ filio (omni tēpore.

¶ Carmē eſt quale illud primo dierū. Canitur in feſto pēthecoſtes q̄ ſpiritꝰ ſctūs miſſus ē ad diſcipulos xp̄i. narratq; q̄ in eiꝰ miſſione facta ſunt.

Iam xp̄s aſtra aſcēderat
Regreſſus vnde venerat:
Promiſſa patris munera
Sanctum daturus ſpiritum.

¶ Materia huius hymni eſt eadē q̄ ⁊ in ꝑmiſſo. Spiritus ideſt cōſolator. vel aduocatus. dicit̄ cōſolator: q2 nos cū ſumꝰ in peccatis trahendo nos ad celeſtē pr̄iam ip̄e ſpiritus ſctūs cū ſplendore feruēti appuit diſcipulis ſuis. Et q2 ſermo igneus futurus erat iō in ignea lingua eis appuit: q2 fecit eos ardentes in dilectione dei ⁊ ꝓximi ⁊ perito ſmone affluentes. Cōſtrue (xp̄s aſcenderat iam) ſecundū humanitatē (aſtra). i. celos (xp̄s) dico (egreſſus). i. reuerſus vnde venerat daturus apoſtolis munera (promiſſa patris). i. ſpiritum ſanctum.

¶ Solēnis vrgebat dies
Quo myſtico ſeptemplici:
Orbis volutus ſepties
Signat beata tempora.

¶ Solēnis). i. feſtiualis (dies vrgebat). i. feſtinabat vel iminebat ſeptics ſeptem que ſunt. xl. ix. ⁊ vno addito vel ꝑ ſeptē intelligimus tpalia. i. corpalia q2 per ſeptē totum tēpus vite nr̄e voluit̄ in q̄ debemus liberari a peccatis vt perueniamus ad illā beatitudinem q̄ intelligit̄ per. xl. dies in q̄bus ieiunare debemus: vt ꝑuenire poſſimus ad diē ſabbati. i. ad requiē (quo die myſtico). i. figuratiuo (ſeptemplici) ideſt per figurā ſeptēplicem (orbis) ideſt ſeptima (volutus ſepties). i. ꝑ. xl. ⁊. ix dies (ſignat beata tempora). ſ. futura. i. eternam requiem.

¶ Dum hora cunctis tertia
Repente mundus intonat:
Orantibus apoſtolis
Deum veniſſe nunciat.

¶ Et quia xp̄s aſcēderat (du; hora tertia) videbatur eſſe (cūctis) omnibus apoſtolis (mundꝰ intonat repēte). i. ſubito. ⁊ ille ſonus vel mūdus (nūciat deū veniſſe orantibus aplis). i. ſimul in vnū locū cōgregatis ⁊ orantibꝰ ⁊ expectantibus ꝓmiſſionē dn̄i ſui. ſ. xp̄i cum ip̄e de illa ꝓmiſſione eis ante aſcenſionē locutus fuiſſet dicēs. vado ⁊ venio ad vos ⁊ mittā vobis paraclitū. i. conſolatorem q̄ docebit vos omnem veritatē. ⁊ ita facti perfectiores in omni ſciētia erāt: quia diuerſa genera linguarum loquebant̄ ⁊ predicabant magnalia dei.

© Biblioteca Nacional de España

¶ Et qm̄ q̄dem pr̄ miſit ſpūm ergo (ignis) ideſt ſpūs (decorꝰ).i.pulcher (eſt almus de lumine pr̄is) q̄ ſpūs (cōpleuit) vt haberent ſcientiā loquendi pectora apl'orum vel hoīꝫ (fida) ideſt fidelia xp̄i ⁊ hoc calore ideſt ardore (verbi) ideſt filij.

¶ De patris ergo lumine
Decorus ignis almus eſt:
Qui fida xp̄i pectora
Calore verbi compleuit.

¶ Viſcera apl'orum impleta.i. ſaciata gaudent) q̄ꝛ fecit eos loquētes ⁊ etiā ardētes in amore ⁊ afflata).i. inflāmata ſpiritu ſancto (intonant diuerſas voces) ideſt loquuntur
Actuū.ij. idiomata omniū linguaꝝ. ⁊ (fatētur vl' fantur magnalia dei) ideſt mirabilia dei ideſt predicant nomen xp̄i.

¶ Impleta gaudent viſcera
Afflata ſancto ſpiritu:
Voces diuerſas intonant
Fantur dei magnalia.

¶ Ex omni gente).i. ex omnibus gentibus (cogniti) ſunt apl'i.ſ. a grecis latinis barbaris (cunctiſq; admirātibus) apoſtoli loquūtur linguis omnibus que ſunt.lxxij.

¶ Ex omni gente cogniti
Grecis latinis barbaris:
Cunctiſq; admirantibus
Linguis loquūtur omnibus.

¶ Cum apoſtoli ita loq̄bantur omnes admirabant̄ ſic loquētes: credētes deū i eis eē ſed iudea increpat eos.i. plebs iudeorū (incredula) ideſt infidelis illa dico (veſana).i. inſana (toruo ſpū).i. ſup̱bo (cōcrepat alūnos).i. diſcipulos xp̄i (ructare crapula muſti) ideſt affirmat eos vino inebriari.

¶ Judea tunc incredula
Veſana toruo ſpiritu:
Ructare muſti crapula
Alumnos xp̄i concrepat.

¶ Eſtimabant iudei qꝫ p̄ nimio potu muſti ideſt p̱ ebrietatē apl'i taliter loquebant̄ (ſed petrus occurrit ſignis).i. miraculis (⁊ virtutibus docet).i. probat perfidos iudeos (ꝓfari).i. loq̄ (falſa iohelis) ꝓphete (te-
Johelis. ij. ſtimonio) ꝓphetauit enim iohel ſic. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem ⁊ ꝓphetabunt filij veſtri ⁊ filie.

¶ Sed ſignis ⁊ virtutibus
Occurrit ⁊ docet petrus:
Falſa profari perfidos
Johelis teſtimonio.

¶ Laus ſit patri cum filio ſimul ⁊ ſancto paraclito) ideſt ſpiritu ſancto. ⁊ (mittat nobis) omnibus fidelibus (chariſma).i. donū ſancti ſpiritus. vel gratiā ſpūs ſancti.

¶ Sit laus patri cum filio
Sancto ſimul paraclito:
Nobiſq; mittat filius
Chariſma ſancti ſpiritus.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur in feſto penthecoſtes ſicut ⁊ ſuperiores hymni. narrat quid ex hac miſſione conſolatoris ſpūs euenerit petitq; illius dona nobis infundi.

¶ Materia huiꝰ hymni eſt ſpūs ſctūs quē pr̄ ⁊ filius ꝓmiſerūt iohele dicēte. Effundā de ſpū meo ſup̱ oēm carnē ⁊ ꝓph̄abūt filij vr̄i ⁊ filie vr̄e. ⁊ filiꝰ dicit. Si aſſūptꝰ fuero in celū mittā vobis paclitū. ⁊ apl'is orātibꝰ mūdꝰ itonat. ⁊ venit ſpūs ſctūs i ſpē ignis quo apoſtoli inflammati loquebātur mag-

Beata nobis gaudia
Anni reduxit orbita:
Cum ſpiritus paraclitus
Effulſit in diſcipulos.

© Biblioteca Nacional de España

nalia dei varijs linguis. Queritur hic vtrum filius ſit a patre non factus ſed genitus ⁊ pre ſacenti materia dico ex ſubſtantia patris ⁊ non ex aliquo: ſed ex patre. Similiter dico de ꝓceſſione ſpiritus ſancti: quia ſit ex patre ⁊ filio ⁊ de ſubſtantia vtriuſqꝫ coequalis eis ⁊ nõ ex aliquo fact⁹ nec ex nihilo. Cõſtructio (orbita) .i. reuolutio (anni reduxit nobis beata gaudia: cũ ſpiritus paraclitus effulſit) .i. reſplenduit (in diſcipulos.

¶ Ignis vibrante lumine
Lingue figuram detulit:
Verbis vt eſſent proflui
Et charitate feruidi.

¶ Conſtrue (ignis) .i. ſpũs ſctũs cũ ſplẽdore feruẽte appꝛuit diſcipulis: qꝛ ſermo eorum futurus igne⁹ erat. ⁊ ideo in lingua ⁊ igne apparuit: quia fecit eos ardentes i dilectione dei ⁊ ꝓximi ⁊ pariter ſermone affluẽtes qđ dicit̃ hic ignis .i. ſpũs ſctũs (detulit figuram lingue vibrante) .i. feruẽte (lumie ſuo) ideſt ſplendore (vt illi apoſtoli ⁊ diſcipuli eſſent ꝓflui) .i. facundi. ⁊ loquentes (verbis) .i varijs linguis (⁊ feruidi) ideſt ardentes ⁊ inflãmati charitate.

¶ Linguis loquuntur omnium
Turbe pauent gentilium:
Muſto madere deputant
Quos ſpiritus repleuerat.

¶ Apoſtoli) loquuntur (linguis oĩm) ⁊ iõ (turbe gẽtiliũ pauent) .i. miranť ⁊ turbe ille deputant) ideſt valde putant (madere) ideſt abundare (muſto) ideſt vino. illos (quos ſpũs ſanct⁹ ſuo ſplẽdore repleuerat.

¶ Patrata ſunt hec myſtice
Paſche peracto tempore:
Sacro dierum numero
Quo lege ſit remiſſio.

¶ Cum filij iſrael .xl. ⁊ .ix. annis per deſertum erraſſent in .l. anno iuxta montẽ ſynai cum fulgore ⁊ tonitruo legem acceperunt. Item in lege moyſi. Filij iſrael emebãt ſeruos ⁊ ancillas ⁊ agros ⁊ poſſidebant .xl. et ix. annis: in .l. anno omnes liberabanť inde dicitur annus iubileus .i. remiſſionis. ⁊ ſignificat octauam diem reſurrectionis in qua omnes liberati erant a ſeruitute diaboli. ⁊ hoc eſt (myſtice) figuratiue (ſunt patrata) ideſt completa (peracto) .i. completo (tempore paſche ſacro numero dierum) ideſt quinquagenario (quo numero ſit remiſſio in lege moyſi vel myſtica) ideſt figuratiua. Nota gloſã.

¶ Te nunc deus pijſſime
Vultu precamur cernuo:
Illapſa nobis celitus
Largire dona ſpiritus.

¶ O pijſſime deus (precamur te nũc) ideſt in preſenti (vultu cernuo) ideſt prono (largire) dona ſpiritus ſancti (illapſa nobis celitus) ideſt diuinitus infuſa.

¶ Carmẽ eſt dimetrũ iambicũ cacometrum. Canitur in feſto euchariſtie ideſt bone gratie hoc eſt corpis chriſti. Narrat quemadmodum hoc ſacramentum in cena inſtitutum eſt a xp̃o.

Pange lingua glorioſi
Corporis myſterium:
Sanguiniſqꝫ precioſi
Quem in mundi precium
Fructus ventris generoſi
Rex effudit gẽtium.

¶ Materia huius hymni glĩoſiſſimi: qꝛ de xp̃o infinite glĩoſo ⁊ ſolẽniſſimo ẽ q̃ddã ꝑceptũ obſuentis dignũ ab eccl'ia militãti approbatuꝫ ⁊ dictũ. vñ diligentiſſime huic fides adhibẽda iuxta aurelij Aug. dcm̃ i epl'a ad fũdamẽtũ. Euãgelio nõ crederẽ niſi quia eccl'ia approbat. Qđ .ſ. q̃dẽ ꝑceptũ eſt vt pãgam⁹ ⁊ cantem⁹ corde ⁊ lingua euchariſtie ſiue corpis xp̃i myſteriũ. ꝓ q ẽ aduertẽdum q̃ differẽtia tal' eſt inť iſta tria vocabula ibi repta .ſ. myſteriũ ſacrificiũ ⁊ ſacr̃m. Nã ꝑmo myſteriũ dr̃ ſacrũ ſecretũ vel ſacrũ abſconditum. Et rõ eſt ex ſua deriuatione ſumpta qꝛ dr̃ a myſtis vel myſticẽ grece qđ idẽ ẽ qđ ſecretũ latine. Sacrificiũ ꝟo gñ̃ralr̃ nõ ꝓꝑe ſm̃ iſidoꝝ ẽ victima: ⁊ q̃cũqꝫ in ara cremanť ⁊ po-

Auguſtin⁹.

Myſterium ⁊ vnde.

Sacrificiuꝫ ⁊ vnde.

© Biblioteca Nacional de España

Sacramen- tum ⁊ vnde. Iſidorus.

nunť. ⁊ ſic ſumiť ꝓ oblationibꝰ q̄s antiq̄tꝰ faciebāt. ſ. vituloꝝ: hircoꝝ. ⁊c̄. Sacramētū ta
men intelligiť ſic. idē eſt ꝙ ſacre rei ſignū quantū ad ethimologiā vocabuli. vel ſacrm̄ ē rē
ſecretā ꝯtinēs. Nā aliď cerniť: aliď intelligiť. Et dr̄ a ſacer. ſacrm̄. ti. qď idē ē qď pignꝰ ſpon
ſionis ſicutiuſiurādū dať alicui vt ſit fideiuſſor. Quapropť tātū ergo ſacrm̄. ſ. euchariſtie
de q̊ hymnꝰ cantať: ē datū nob̄ i pignꝰ btitudis: ⁊ ꝓmiſſi aduētus ad iudiciū. Naꝫ promi

Matthēꝰ.

ſit xp̄s ꝙ habet alias oues ducere ad vnū ouile. ⁊ erit vnꝰ paſtor. ſm̄ Math. ⁊ in alio loco.
veniet filiꝰ hoīs in nubibꝰ celi. ⁊c̄. ⁊ etiā i alio loco q̄ſi pollicēdo dixit. Eſtote parati q: q̄ ho
ra nō putatis filiꝰ hoīs veniet. ſicut iā antea iuſiurādū fecerat ⁊ cōpleuit. vt abraam teſtan
te zacharia. Iuſiurādū qď iurauit ad abraā p̄rem nr̄ꝫ datuꝝ ſe nob̄. qď de facto completum
reuera accepimꝰ in die natiuitatis. Qď q̄dem ſacrm̄ ⁊ myſteriū ⁊ mirabile a ſeculis nō au
ditū: iſtituit i die paraſceue ex̄ñs ille rex māſuetꝰ cū diſcipulis factoq̄ꝫ ſmone cōſolatiuo ex
vno latere ⁊ ex altero multe amaritudines: q: dixerat. nocte hac ſcādalū ꝓpter me patiemi

Nota dubi- um.

ni. Circa qď pōt eſſe vnū dubiū: q̄re magis inſtitutū eſt tali die a xp̄o iſtud ſacrm̄ ⁊ non in
alio tp̄e: cū rō dubij pōt eē iſta. p̄mo diſpoſitio ſm̄ ph̄os dꝫ p̄cedere formā. q: in. ij. ď anima
⁊. vj. metha. actꝰ actiuoꝝ ſunt in patiēte diſpoſito. Sed baptiſmus ē diſpoſitio ad hoc ſacrꝫ
ergo baptiſmꝰ eſt p̄or. vltra cū baptiſmus fuit inſtitutꝰ poſt paſſionē: ergo ſacrm̄ altaris ď
buiſſet inſtitui pꝰ paſſionē. Rn̄deo ꝙ hoc ſacrm̄ tota eccl̄ie curia docēte: in hac die iſtitui ď
buit. ⁊ nō an̄ nec pꝰ: q̄ꝫplurimis: p̄ſertim q̄ttuor rōnibꝰ arcta ⁊ mota. Prima eſt rōne huius
ſacri neceſſarie aſſignationis. nā neceſſitas q̄ aſſignať q̄re hoc ſacrm̄ inſtitui debuit: eſt ſig
num q: ad ꝑfectionem nr̄am exigebat. vt. ſ. caput nr̄m xp̄s realiter corpori coniungeretur.
Sed toto tp̄e p̄cedēti xp̄s ſub ꝓp̄a ſpecie nobiſcū cōſtitutꝰ eſt. ergo nō oportuit ante hoc ſa

Euſebius.

cramētū inſtitui: ſed tūc ⁊ i illo tp̄e q̄n corpꝰ aſſūptū oblaturꝰ erat. Euſebio atteſtāte. Secū
da rō ē rōne legalis figurationis. nā xp̄s q̄ꝫdiu fuit in mūdo ꝯuerſatꝰ: figuras legis obſerua

Apoſtolus.

re voluit factꝰ ſub lege. vt eos q̄ ſub lege erāt redimeret a p̄ctō ſm̄ ap̄lm̄. Sed veniēte veri
tate ceſſat figura ⁊ vmbra veniēte luce. ergo xp̄o recedēte ꝑ mortem: q̄n figure legis termi
nāde erāt ďbuit iſtitui. Tertia rō ē rōne rep̄ſentatiōis. nā hoc ſacrm̄ ē rep̄ſētās terminū dn̄i
ce paſſionis: ergo cōgruū erat iminēte iā paſſione iſtitui. Quarta rō rōne fortioris impreſſio
nis. q: q̄ vltimo fiunt magis memorie iprimunť ⁊ cōmēdanť. ergo vltimo poſt cenā iſtitui
debuit ip̄o xp̄o receſſuro. Et hec rō tangiť in decretis ď cōſe. diſti. ij. c. liq̄do vbi dr̄ ꝙ in me
moria ⁊ in exp̄ſſione paſſionis xp̄i ē inſtitutū. Reſtat dicere ⁊ rn̄dere ad rōnem factaꝫ ꝙ nō
eſt neceſſariū eundē eſſe ordinē iſtitutionis ſacroꝝ ⁊ ꝑceptionis: ⁊ cauſa ē q: ad finē q̄ nob̄
p̄ſtituiť vltimo ꝑuenimꝰ. Ideo euchariſtia q̊dāmodo ē finis baptiſmi: q: ꝑ baptiſmū aliud
cōſecrať ad euchariſtie ꝑceptionē ſicut ꝑ ordinē ad eiꝰ ꝑceptionē. hoc pacto redeamus vn̄
digreſſi ſumꝰ: ꝙ ſi illi tres pueri a camino ignis liberati in laudē dei q̊ddaꝫ canticū cecinere
ſcilicet. Bn̄e oīa op̄a dn̄i. Et zacharias ꝓph̄a aliud cāticū. Et iuſtꝰ ſimeō aliď cāticū ⁊ hym
nū nō parua iocūditate cecinit ob hoc ꝙ verū redēptorē ieſum i vlnis ſuis tenuit: hic decete
ro factus videns ⁊ gaudēs: ita dixit. Nūc dimittis ſeruū tuū dn̄e. Et eccleſia talia ſupradicta
cantat ⁊ precipit canere. Quāto magis iſtud ſacramētū ſacroꝝ quātum verbis poſſumꝰ ex
primamus canendo ⁊ iubilādo ꝑ qď nō modo tres pueri: imo īfiniti hoīes ab inferni igne
liberanť. Qď etiā nō ſolū vnū illuminauit: imo totū mūdū. qď nō ſolū in brachijs illū eun
dem ieſum recipimꝰ: ſed in pectoribꝰ tanq̄ꝫ in tabernaculo ſuo nobiſcū cenās ⁊ congaudēs.
Et illud eſt de quo pſalmiſta Dauid in ꝑſona dei mādat ꝙ cantemus. p̄s. xcv. Cantate dn̄o

Pſalmiſta.

canticum nouū: cātate dn̄o oīs terra. Cantate dn̄o ⁊ benedicite nomini eius annunciate ď

Quare hoc ſacrm̄ diciť nouum.

die in diē ſalutare eius. i. xp̄m contētū in hoc ſacramento. Nā iſtud eſt nouū in tp̄e quia an
te in nulla lege nec nature nec ſcripture. nouū in excellētia quia nullū antea ⁊ poſt excellen
tius. Nouū in cōſecratione q: nuſq̄ꝫ verbis ſimilibꝰ aliqď ſacrm̄ fuit cōſecratū nec veteris
nec noue legis. Nouū in aſſūptione q: in alijs qď ſumiť maſticať: frāgiť: decoquiť digeri
tur. Ibi ſemꝑ aſſumptū realiter integre. ⁊ abſq̄ꝫ vlla mutatiōe augmēti nec detrimēti. Quā
obrem eccleſia militās abſq̄ꝫ nulla ruga ꝓpter tm̄ ſacrm̄ ſaluberrimū oībus primatum pu
blice letanter: Vbis in celū eleuatis nō parua armonia cantat ⁊ p̄cipit canere iuxta dictum
ſponſi. ſ. xp̄i. Exemplū do vobis: vt queādmodū ego facio ꝙ faciatis vt patet ex expoſitione
littere. Ad quam veniamus ſic dicendo. O (lingua militie xp̄iane: non perfidie iudeoꝝ nō
porci mahometi ſuorūq̄ꝫ complicum (pange). i. cane vel tanq̄ꝫ tuba exalta vocem laudādo

© Biblioteca Nacional de España

⁊ quid (myſterium).i. diuinū ſecretū vel diuinū abſconditū: ex eo qḋ aliud cernitur: aliud credit᷑ vel intelligit᷑ (glorioſi corpis).ſ. ieſu xp̄i iā gl'ioſi ⁊ imortalis ⁊ ipaſſibilis. Et pange myſteriū (ſanguiniſq; p̄cioſi) q: lauit nos i ſanguine ſuo (quē).ſ. ſanguinē p̄cioſum ille (rex gentiū).i. gētiliū ⁊ oiū gētiū: q: cū iudei abdicarūt ⁊ negarūt te regē: quē pilatus gentilis in perſona oim gentiliū cognouit eſſe regē iudeoꝝ dicēs. regem vr̄m crucifigā (effudit) ideſt ſparſit ꝓ peccatoribus ⁊ peccato p̄mi parētis (in mūdi p̄ciū).i. in ſatiſfactionē pro mūdo: q̄ cum ſit finit⁹ infinitū nō valebat ſoluere. Rex dico ſupple (fruct⁹ vētris generoſi) ideſt fili⁹ intemerate virginis. ⁊ pōt intelligi vna figura grāmaticalis: ſm quā permittit᷑ poni pars ꝓ toto vel etiā (fruct⁹ vētris generoſi).i. ꝓles illius q̄ ex vtraq; parte eſſentiali.ſ. corporis ⁊ anime ex ꝓſapia regia eſt ꝓcedēs. Nā matthei p̄mo filius dauid q̄ rex excellens in veteri teſtamēto fert᷑ ⁊ hoc ſm carnē ⁊ cū parēteſi debet legi: vt patet bene intuenti.

¶ Nobis natus nobis datus
Ex intacta virgine
Et in mundo conuerſatus
Sparſo verbi ſemine
Sui moras incolatus
Miro clauſit ordine.

¶ Et iſte nāq; rex (nobis datus) eſt ſupple a deo patre (nobis nat⁹) i. ꝓpter nos non ꝓpter angelos: vt nos redimeret ⁊ liberaret a peccato ⁊ nos gl'ificaret. et hoc (ex intacta virgine).ſ. nō corrupta non ſolū corpore: verū etiā mente ⁊ animo. quia voto ſe deo obtulit ſpōſā (⁊ in mūdo cōuerſat⁹) ideſt in terra ſancta q̄ mediū mundi dicitur cū doctoribus legis diſputauit ⁊ cum alijs dum predicabat ⁊ miracula innumerabilia faciebat: vt cōpleret᷑ quod dixit Abacuch. Et in terris viſus eſt ⁊ cū hominib⁹ cōuerſat⁹ eſt: ⁊ etiā cōuerſat⁹ eſt in mūdo (ſparſo verbi ſemine) i. mediāte ſemine diffuſo v̄bi diuini dū p̄dicabat p partes illas iuxta illud. Semē eſt v̄bū dei q: inde naſcit᷑ fruct⁹ grē p cōuerſionē ab eo: fruct⁹: ſaluationis p veraꝫ obſeruantiā ⁊ cuſtodiā illi⁹ v̄bi diuini iuxta illud. Beati q̄ audiūt verbū dei: ⁊ cuſtodiunt illō. ⁊ ſequitur. (Sui moras incolat⁹).i. tarditates ⁊ dilationes ſui (incolat⁹).i. exilij a ſua patria vnde exiuit ⁊ peregrinationes p. xxxiij. annos (clauſit).i. concluſit ⁊ pfecit (miro ordine).i. nouo: ideo miro q: nouo. Nā p prius voluit miniſtrare q̄ꝫ miniſtrari: prius voluit facere q̄ꝫ docere: ⁊ de poſt docere operādo. ⁊ voluit ꝓprius miracula facere: vt oſtēderet ſe verum deū quod nō docuit vſq; ad etatem. xxx. annoꝝ. Uoluit pati: vt nos non patiamur ꝓpter ipſum: vt pote voluit omnes deriſiones ꝓprius pati. vt nos quaſcūq; illatas contumelias ſine murmuratione pateremur: voluit nobis mori vt nos ꝓpter ipſum parati ſim⁹ mori. vltimate anteq̄ꝫ illā imaniſſimā mortē ſuſcepit diſpoſuit medicamē ſufficientiſſimū ad ſurgendum ab infirmitate ad ſanitatē. ⁊ a morte peccati ad vitam anime: vt nō oporteret iterꝫ crucifigi: vt rurſus a peccato liberarent᷑ homines quib⁹ diſpoſitis pie ⁊ miſericorditer ordinatis: finiuit peregrinationē ad patrē. vnde exiuit p temporalem generationem reuertendo: cum quo quidem ſemper eſt idem quantum ad diuinitatem.

¶ In ſupreme nocte cene
Recumbens cum fratribus
Obſeruata lege plene
Cibis in legalibus
Cibum turbe duodene
Se dat ſuis manibus.

¶ Et ſequit᷑. deuote xp̄iane cupis ſcire q̄ in tēpore ordinauit tātā medicinā: tm̄ ſubſidiū ꝓ his q̄ in lucta d̄monū cadūt: hoc fuit q̄ñ ille ſumus rex regū dñs dñantiū fuit (ſedēs Mat. xxvj.
cū fratribus).i. diſcipulis ſuis. Qui iaꝫ non Luce. xxij.
ſerui ſed amici ⁊ fratres erāt: q: ab vno eo‑ Marci. xiiij.
dē dño p creationem: q: ſub vno iugo amoris: q: ſub mortalitate tūc vna oēs erant. ⁊ hoc ſupple (i nocte) illa diei iouis (ſupme cene).i. vltime in corpe mortali ſupple ⁊ (obſuata lege plene. ⁊c.).i. poſtq̄ꝫ lege moyſi pfecte ⁊ cōplete obſuauit: q: comedit agnum paſchalē more legis. nā non veni ſoluere legē: ſed adiplere vt ſepe dixit. aliter q tūc: vt nūc ſupple (dat ſe).i. porrigit corpus ſuū (cibū).i. in cibū aie ⁊ angeloꝝ (turbe duodene) ideſt toti cōgregationi. xij. apl'oꝝ ſupple vt augeret᷑ grā ⁊ fortitudo ad reſiſtēdū idagationi iudeo‑

© Biblioteca Nacional de España

Quare dedit ſe ſuis manibus.

rum corp⁹ ſuū (dat e ſuis manib⁹) nō medio alicuius miniſtri. Dādo ſupple ad intelligendū adhuc nō eſſe daſtā ⁊ cōceſſā poteſtatē miniſtrādi ⁊ cōficiēdi alijs tm̄ ſacramentum.

¶ Et ſequit̄. Nā poſtq̄ȝ in vltima cena accepit panē in ſctās ac venerabiles manus (verbū caro). i. homo vel xp̄s (panē verū) quē in man⁹ ſuas ſuſcepit ſupple (efficit). i. cōuertit (carnē). i. in ſuū corp⁹. iuxta illd̄. panis quē ego do: caro mea eſt ꝓ mūdi vita. ⁊ hoc ſupple (v̄bo). i. in v̄tute v̄boꝝ. ſ. hoc ē corp⁹ meū (qȝ) ꝓ ⁊ (merū) i. vinū vitis ſupple (fit ſanguis xp̄i). i. v̄bis conſecrationis

¶ Verbum caro panem verum
Verbo carnem efficit
Fitq̄ȝ ſanguis chriſti merum
Et ſi ſenſus deficit:
Ad firmandum cor ſincerum
Sola fides ſufficit.

cōuertit̄ in verū ſanguinē xp̄i (⁊ ſi ſenſus). ſ. tact⁹ tāgēdo (deficit) ⁊ ſenſus viſus videndo decipit̄ accidētia q̄libet tm̄ ſentiēs attū. ſ. (Ad firmādū cor ſinceꝝ). ſ. nō fractū cōtagiōe infidelitatis. nō fractū duricia ⁊ ꝑtinacia pcti. nō fractū malicia iudeoꝝ (ſola fides ſufficit). i. ſolus aſſenſus volūtatis ab intelligētia ⁊ ſenſu auditus ꝓcedēs iuxta illud. Fides nō habȝ meritū vbi humana ratio p̄bet expimētum. Et ſequitur poſtq̄ȝ virtuoſus eſt honorandus

Fides nō habet meritū vbi hūana ratio. ⁊c̄.

Ethi. iiij. quanto magis vas oim̄ v̄tutū. iō (tm̄ ergo ſacr̄m). i. tā maximā rē ſacratā et ineffabilē oiȝ v̄tutū plenā (veneremur nos cernui). i. humiles māſueti cū reuerētia ⁊ genuflexione ⁊ honore latrio tanq̄ȝ ad deum (⁊ antiquū documētū) doctrina legalis de agno paſchali (cedat). i. det locū (nouo ritui). i. nouo generi cibi vel doctrina legal̄: tanq̄ȝ vmbra: figura ⁊ q̄ſi imꝑfectū cedat. i.

¶ Tantum ergo ſacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Nouo cedat ritui:
Preſtet fides ſupplementum
Senſuum defectui.

ceſſet dādo locū ſu. nouo ritui ſoli figurato ⁊ ꝑfectiſſimo iuxta illd̄. qn̄ venerit qd̄ ꝑfectū eſt ceſſabit qd̄ ex ꝑte. ſicut adueniēte luce cedit vmbra. p̄ſtet fides ſupplemētū vt rite bene veneremur qd̄ nō videm⁹. ⁊c̄. (fides). i. illa noticia enigmatica tanq̄ȝ ꝑ ſpeculū (preſtet) ideſt exibeat ⁊ ordinet (ſupplementū) ⁊ ſic vice fungens (ſenſuum defectui) virtuti limitati ſenſuum exteriorum: quocirca tale obiectum ſunt deficientes ⁊ fallunt.

¶ Ideo ꝓpter īfinitū bonū nob̄ collatū a ſctiſſima trinitate (lau⁹ ſit genitori p̄ri et genito). i. filio ſit eadē laus ⁊ iubilatio qd̄ eſt gaudiū qd̄ verbis explicari nō pōt (ſal⁹) ſil̄r q̄ ab vtroq̄ȝ nob̄ euenit ⁊ ꝓcedit ⁊ nō ex nobis. ſil̄r honor ⁊ reuerētia latria. ſil̄r virtus q̄ anthonomatice charitas dici pōt: ⁊ q̄ oēs v̄tutes cōprehēdit q̄ redēpti ſumus (q̄qȝ). i.

¶ Genitori genitoq̄ȝ
Laus ⁊ iubilatio:
Salus honor virtus quoq̄ȝ
Sit ⁊ benedictio:
Procedenti ab vtroq̄ȝ
Compar ſit laudatio. Amen.

ſimul (bn̄o) ſit attribuēda p̄dictis. Iuxta illd̄. bn̄dicti vos a dn̄o q̄ fecit celū ⁊ terrā (qȝ) ꝓ ⁊ (laudatio cōpar) tota p̄dicta ſup. i. ſil̄. eq̄lis ſit ſpūi ſctō ſup. (ꝓcedēti) ꝑ eternalē ꝓceſſionē paſſiuā (ab vtroq̄ȝ). i. a p̄re ⁊ filio. iuxta determinationē eccleſie. Amen. i. ſine fine in perpetuū. Expoſitor ſubmittit ſe determinationi ⁊ conſilio eccleſie militantis. Dixi.

¶ Carmen eſt ſimile aſclepiadeo mixto gliconico ſed cacometruȝ. Canitur in feſto euchariſtie ad horas nocturnas. proſequit̄ ſicut in pange lingua inſtitutionem ſacramenti. Auctor eſt ſanctus thomas aquinas.

¶ Addit⁹ cū gloſa. Quia eadem eſt materia preſētis hymni ac fuit ſupioris: vȝ agere d̄ iſtitutione ſacramēti corpis xp̄i: qd̄ in nouiſſima cena ſaluator nr̄ inſtituit: ad remediū totius mundi: tātum ordinē littere ī preſenti hymno explicabim⁹ q̄ ad rudes ſcolipetas. Sed

Sacris ſolēnis iūcta ſint gaudia
Et ex precordijs ſonēt p̄conia:
Recedant vetera noua ſint omnia
Corda voces ⁊ opera.

© Biblioteca Nacional de España

pꝛimo nota quia ex oī actione xp̄i nr̄a īſtructio demōſtrat̄. p̄mo ponit̄ oꝛdo inſtitutionis ſacramēti ⁊ materia. ⁊ deſignant̄ illi: q̄bus officiū cōficiēdi ſacr̄m cōceſſum ē. ſ. pꝛeſbyteri. ponit̄ etiā quomodo in hoc ſacramento ceſſauit figura veteris legis: in qua omnia contin gebant in figuris. Juxta pauli vocē ad coꝛinthios. ca. x. Figura aūt hui⁹ ſacramenti p̄ceſſit qn̄ pluit de⁹ māna in deſerto patrib⁹: q̄ quotidiano paſcebant̄ alimento. vn̄ panē celi dedit eis: panē ange. ⁊c. ſed illū panē māducātes moꝛtui ſunt. iſte autē panis quem legifer xp̄s dedit: viuus eſt: q̄ de celo deſcēdit: ⁊ vite eterne ſubſtantiam miniſtrat. Quod autem ſacr̄m ſit ſacre rei ſignū. ⁊ quod tria in eo cōſiderent̄. ſ. ſacramentū tm̄. ſacramentum ⁊ res ſacra. et res ⁊ non ſacra: pꝛetermiſſum facio: quia pinguioꝛi mineruа opus eſt. de hoc plura magiſter ſententiarum in. iiij. diſtin. ix. Erit ergo oꝛdo. (Gaudia) gaudium eſt animi letitia alicuius pꝛeſentis boni opinione concepta. et dicit̄. q. gauriū quod latine letū ſonat. gaudia ergo (ſint iuncta ſacris ſolēnijs). ſ. coꝛpoꝛis chꝛiſti cui⁹ feſtiuitate pluſq̄ȝ ceteris gaudenduȝ eſt (et pꝛeconia). i. ſigna vel voces ſolēnitatis (ſonent). i. cum ſono exeāt (ex pꝛecoꝛdijs). i. ex intimis nr̄i coꝛdis. (⁊ vetera). i. obſeruationes veteris legis (recedant) pꝛopter aduentum noue. hoc eſt xp̄i figurati: vel ſic (vetera). i. homo vetus hoc eſt vitioſus vnde expurgate vetus fermentum vt ſitis noua cōſperſio: vt qui antehac male vixit: poſthac viuat nouiter hoc eſt ſine vitijs: vetera ergo. i. mala op̄a perpetrata (recedant). i. ſeparentur (et omnia ſint noua). i. renouata videlicet (coꝛda. voces. ⁊ opera) vt interius ⁊ exterius ſim⁹ azimi hoc eſt puri ad celebꝛandum tantum ſacramentum. — M. ſētētiaꝝ. Gaudium ⁊ vnde.

¶ Noctis recolit̄ cena nouiſſima
Qua xp̄s credit̄ agnū ⁊ azima
Dediſſe fratribus iuxta legitima
Pꝛiſcis indulta patribus.

¶ Et dico q̄ coꝛda voces ⁊ op̄a ſint noua quia (cena nouiſſima noctis). i. cena vltime noctis (recolit̄) id eſt celebꝛat̄ (qua). i. in qua cena (xp̄s credit̄ dediſſe agnuȝ). ſ. paſchalem ⁊ (azima). i. panē abſq̄ȝ fermento. i. amaritudine ⁊ dicitur azima ab. a. q̄ ē ſine. ⁊ zima fermētum. q. ſine fermento (fratribus). i. apoſtolis. nuſq̄ȝ. n. niſi fratres: aut amicos: diſcipulos dn̄i cognominari videm⁹ in tota ſacra pagina. teſte Gregoꝛio. (Juxta indulta legitima). i. iuxta legē datam (pꝛiſcis pa.) puta moyſi ⁊ patriarchis. nam ſupꝛa dixit obſeruata lege plene: quia nō veni ſoluere legē ſed adiplere. ⁊ eſt indultū conceſſum datum ſiue remiſſum. vnde Gregoꝛius luce. iij. tempoꝛa indulta ne pereant. — Azima. Gregoꝛius. Indultum. Gregoꝛius.

¶ Poſt agnū typicū expletis epul̄
Coꝛp⁹ dn̄icum datur diſcipulis
Sic totum omnib⁹ q̄ totū ſingulis
Eius fatemur manibus.

¶ Pꝛoſequit̄ dicens q̄ poſt agnū typicum id eſt poſt eſum agni typici. i. figuratiui qui erat cibus coꝛpis: dedit ſe in cibū anime: et angeloꝛū. q: ipſe erat verus agnus q̄ abſtulit peccata mūdi. ⁊c. (epulis ergo expletis) id eſt finitis poſt eſum ag. typici coꝛpus dominicum datur ſcilicet a domino (diſcipul̄) ſic totum id eſt totaliter fatemur datum eſſe omnibus id eſt duodecim xp̄i diſcipulis (manibus eius) quod totum ſingulis id eſt cuilibet illoꝛum datum eſt.

¶ Dedit ex frugib⁹ coꝛpis ferculuȝ
Dedit ex vitibus ſanguinis poculū
Dicens accipite q̄d trado vaſculuȝ
Omnes ex eo bibite.

¶ Dedit. ſ. xp̄s ferculum coꝛ. i. ſuum coꝛp⁹ in cibum ⁊ hoc ex frugibus. i. ex vero pane materiali. vnde ioānes. panis quē ego dabo caro mea eſt. alias dedit fragilibus. ſ. diſcipulis qui bene fragiles erant quia ſcd̄ȝ Grego. non eos paſſio: nō reſurrectio: non ſpiritus ſancti miſſio confirmauerat. dedit etiam (poculum) hoc eſt potum ſanguinis ſui ⁊ hoc (ex vitibus) id eſt ex naturali vino. ⁊ nota q̄ in die illius ſanctiſſime cene dixit. non bibam amodo de hoc genimine vitis donec. ⁊c. qua cauſa in die transfigurationis dn̄i cōficit̄ ſacramētū ex vino nouo: ſi inueniri poſſit: vel ſaltē vt aliquātulū d̄ matura vua — Joannes. Gregoꝛius. Nota.

© Biblioteca Nacional de España

Euticianus papa.

in calice liquaṫ. ⁊ noue vue ſuper altare benedicunṫ: vt populus cõmunicet. Eutitian⁹ enĩ papa ſtatuit ꝙ fruges noue benedicerentur ſuper altare. alias. dedit ⁊ triſtibus. nam triſtes erant apoſtoli de nece predicta ſui domini dicens (acci. vaſ. quod trado) ideſt do vobis (et omnes bibite ex eo) ſcilicet poculo ſanguinis mei.

¶ Sic xp̃s inſtituit) .i. tali modo ſupradicto ordinauit (iſtud ſacrificium) .ſ. ſui corporis ſanguiniſq; (cuius officium) .ſ. cõficiẽdi ſacramentũ (voluit cõmitti) .i. appropari ſiue tradi tantũ (ſolis preſbyteris quibus ſic cõgruit) .i. cõuenit aut eſt neceſſariũ. (vt ſumant) .i. recipiãt ipſi (⁊ dẽt ceteris) .ſ. fidelibus (vere cõfeſſis ⁊ cõtritis) ad quorũ remediũ cõſtitutũ fuit. niſi enĩ manducaueritis carnẽ filij hominis: ⁊ biberitis eius ſanguinẽ: non habebitis vitam in vobis. ⁊c̃.

¶ Sic ſacrificium iſtud inſtituit
Cuius officiũ cõmitti voluit:
Solis preſbyteris q̃bus ſic cõgruit
Ut ſumant ⁊ dent ceteris.

¶ Panis angelic⁹) .i. xp̃s qui eſt cib⁹ angelorũ. vnde dicıṫ. ego ſum panis ver⁹ q̇ d̃ celo deſcẽdi (fit) .i. efficıṫ (panis hominũ) ꝓ quibus nat⁹ eſt (⁊ panis hic dat celitus) ideſt diuinit⁹ (terminũ) .i. finẽ figuris .ſ. typicis veteris teſtamẽti: in quo vt ſupra diximus cõtingebant oĩa in figuris. (o res mirabilis) .i. digna admiratione quia .ſ. (paup ſeru⁹ ⁊ humilis) hoc eſt cuiuſcũq; condiciõis ſeu ſtatus ſit homo xp̃ianus: manducat dñm. hoc eſt factorẽ ſuum ſacramẽtaliter ſumit. ⁊ ſumitur dupliciter ſcilicet ſacramentaliter ⁊ ſpiritualiter.

¶ Panis angelicus fit panis hoĩm
Dat panis celitus figuris terminũ:
O res mirabilis manducat dñm
Pauper ſeruus ⁊ humilis.

¶ O trina deitas (q;) ꝑ ⁊ (vna) .i. o de⁹ trinus ⁊ vn⁹ (poſcimus te) .i. a te (q: colimus te ſic .ſ. ꝑ humilẽ deuotionẽ celebrãdo feſtiuitatẽ corpis tui (viſita nos) .ſ. ꝑ grãm tuaꝫ. aliter erit ſicut illud ꝙ dr̃ in orõne dñica .ſ. dimitte nobis debita nr̃a ſicut ⁊ nos. ⁊c̃. vel dic viſita tu nos ſic ſicut colimus te quia loquıṫ in ꝑſona eccleſie q̃ tota pulchra eſt ⁊ bene colit deũ (⁊ duc nos ꝑ tuas ſemitas) .i. ꝑ tua ꝑcepta q̃ ſunt ſemite dei directe ad cor. Unde gregori⁹. ſemita dei ad cor dirigıṫ. ad lucem quã inhabitas (quo) .i. ad quã lucẽ (tendim⁹) quia eſt finis religionis nr̃e xp̃iane.

Gregorius.

¶ Te trina deitas vnaq; poſcimus
Sic tu nos viſita ſicut te colimus:
Per tuas ſemitas duc nos q̃ tendimus
Ad lucem quã inhabitas.

¶ Carmen eſt dimetrum iambicum cacometruꝫ. Canitur in feſto eucharistie ſicut ſuperiores hymni ad laudes.

Addit⁹ cũ glo. Iſte hymnus ſ̃ſr̃ canitur in die corpis xp̃i: ⁊ ẽ eiuſdẽ materie cũ ꝓcedẽtib⁹. Demõſtrat q̃liter legifer xp̃s deſcendit a ſummo celo ⁊ mortalitatem nr̃e carnis aſſumpſit: vt in eadeꝫ carne perditos redimeret: relinquens pro memoriali ſuum ſacramentum tanquam vltimũ eius teſtamentum. Ordo eſt (verbũ ſup.) i. xp̃s filius dei altiſſimi (ꝓdiens) .i. apparẽs nobis (nec linquẽs) .i. nec deſerens. (dex. pa.) .i. ſedem patris ſui quia verbũ erat apud deum (exiens ad opus ſuũ) .i. veniens ad paſſionẽ ſufferendã ꝓ nobis peccatoribus (venit ad veſperam vite) vnde ſupra. vergente mundi veſpere egreſſus. ⁊c̃.

Verbum supernũ prodiens
Nec patris liquẽs dexteraꝫ:
Ad opus ſuum exiens
Uenit ad vite veſperam.

¶ Et dico qd̃ xp̃s veniẽs ad vite veſperam (prius) .i. priuſq; tradendus .ſ. eſſet a diſcipulo ſcilicet iuda traditore (ſuis emulis) .i. inuidis iudeis bene emulis: vnde eſt illud

¶ In mortem a diſcipulo
Suis tradendus emulis:

© Biblioteca Nacional de España

Prius in vite ferculo
Se tradidit diſcipulis.
¶ Quibus ſub bina ſpecie
Corpus dedit ⁊ ſanguinem:
Ut duplicis ſubſtantie
Totum cibaret hominem.
¶ Se naſcens dedit ſocium
Conueſcens in edulium:
Se moriens in precium
Se regnans dat in premium.

ſciebat eni qđ propter inuidiã tradidiſſent illum (in mortem). ſ. corporalem (tradidit) ideſt ſe ipſum dedit ad manducandum diſcipulis. ſ. ſuis (in ferculo). i. in cibo vite. ¶ Quibus. ſ. diſcipulis ſuis duodeciꝫ (dedit) i. xp̃s (corpus). ſ. ſuũ in cibũ. (⁊ ſanguinem). ſ. in potũ ⁊ hoc (ſub bina) ſpecie). i. ſub duabus naturis. ſ. panis ⁊ vini: vt modo conficit̃ a preſbyteris: qꝛ iã illi fuerãt ordinati preſbyteri (vt cibaret totũ hominem duplicis ſubſtãtie). ſ. anime ⁊ corpis vel potius humanitatis ⁊ diuinitatis. ¶ Naſcẽs. ſ. xp̃s ex v̾gine maria (dedit ſe ſociũ) in humanitate in qua natus eſt ⁊ cuꝫ hominibus cõuerſat⁹ (⁊ cõueſcẽs). i. cenãe ſcilicet cũ diſcipulis dedit ſe in eduliũ). i. i cibũ (⁊ moriẽs). ſ. xp̃s ductus ad occiſionem ſicut agnus (dedit ſe in preciũ). i. in redemptionem noſtram. (⁊ iam regnans). ſ. in celis (dedit ſe) nobis. ſ. fidelibus (in premium) ideſt in meritum ⁊ ſempiternam remunerationem certaminis noſtri. Ecce merces eius cum eo. Eſaie. lxij.

¶ O ſalutaris hoſtia
Que celi pandis oſtium:
Bella premunt hoſtilia
Da robur fer auxilium.

¶ Conuertit̃ modo eccleſia in perſona totius populi ad petẽdũ auxiliũ ex omnipotenti deo dicẽs. (o hoſtia ſalutaris) ideſt o xp̃e victima ſalutifera (q̃ pãdis). i. aperis (oſtium). i. ianuaꝫ celi. i. paradyſi (da robur). i. fortitudinẽ reſiſtendi diabolo (et fert). i. da (auxiliũ). i. adiutorium. ſ. (quia bella hoſtilia) ideſt triſtes contentiones hoſtium ideſt demonum vel hereticorum aut ſciſmaticorum (premunt nos) ideſt vrgent nos peccatores.

¶ Uni trinoqꝫ domino
Sit ſempiterna gloria:
Qui vitam ſine termino
Nobis donet in patria. Amen.

¶ Concluſio eſt totius hymni ad gloriam ⁊ laudem trinitatis vnitatiſqꝫ (gloria ſempiterna). i. laus perpetua (ſit vni domino) ſcilicet in deitate (qꝫ). i. ⁊ (trino). ſ. i pſonis (q̃) ſcilicet deus (donet nobis vitaꝫ ſine termino) ideſt ſine fine ⁊ hoc in patria ſcilicet celeſti. Amen.

¶ Carmẽ ẽ. q. dactylicũ trimetrũ hypcatalecticũ. Canit̃ in feſto btẽ agathe v̾ginis ⁊ martyris: cui⁹ martyriũ d̾ſcribit ⁊ fauorẽ apud deũ iplorat.

Martyris ecce dies agathe
Uirginis emicat eximie:
Qua ſibi xp̃s eam ſociat
Et diadema duplex decorat.

¶ Prudentius q̃ hunc hymnum in honore beate agathe cõpoſuit: laudat deũ q̃ tãtã cõſtãtiã cõtulit ſctẽ agathe v̾gini (Ecce). i. videte (dies agathe martyris eximie) ideſt magne (virginis emicat). i. valde ſplendet quo ſcilicet die (xp̃s ſociat). i. cõiungit (eam ſibi) vel accedere fecit eam ad ſe (⁊ duplex diadema) ideſt duplex corona ſcilicet martyrij ⁊ caſtitatis (decorat) ideſt honorat eam.

Additio. Hic hymn⁹ prudẽtio attribuit̃: quẽ ego oculis trãſcurri meis nec tñ offendi ni oculus me fefellit. ſed nõ inficias eo cũ hymnũ ſancte eulalie martyris i hoc genere cõpoſuerit. Noueris tamen vt in titulo poſui: metrũ eſſe alemanium dactilicum trimetrum hypercatalecticum conſtans tribus dactylis ⁊ ſemipede. Canditur ſic. martyris. ecce di. es aga. the. Ubi autẽ erat. Quam xp̃s eã ſibi ſociat. Uerti. Qua ſibi xp̃s eam ſociat. vt ſtaret menſura carminis. cetera demonſtrabit littera. Diadema corona eſt: ⁊ ornatus capitis geſtamẽqꝫ regis. et dicitur a diadeo greco verbo quod eſt circũligo. vnde diademat⁹. i. Diadema. Diademat⁹



© Biblioteca Nacional de España

Decoro, as. diademate oꝛnatꝰ decoꝛat. pe. co. a decoꝛo. as. qđ eſt honeſto ſeu honoꝛifico ⁊ deſcendit a decus, oꝛis. ⁊ non a decoꝛ, is. vnde eſt decoꝛo. as. pe. ꝓ. et ſignificat idem quod oꝛno. as.

¶ Decens). i. nobilis (ſtirpe) fuit ⁊ progenie (elegans ſpecie). i. decens ⁊ cõueniens ⁊ pulchꝛa facie (ſꝫ magis pulchꝛa actibꝰ atqꝫ fide) ideſt opibus fidei. illa dico reputãs nil pꝛo nihilo ducens (terrea) ideſt terrena (et pꝛoſpera. terrenoꝝ pꝛoſperitatem (⁊ ligãs) ideſt retinens (ſibi coꝛde) ideſt mẽte (iuſſa) ideſt pꝛecepta dei.

Stirpe decens elegans ſpecie
Sed magis actibus atqꝫ fide:
Terrea pꝛoſpera nil reputans
Juſſa dei ſibi coꝛde ligans.

¶ Hec. ſ. agatha (foꝛtioꝛ viris trucibus). i. crudelibus (expoſuit ſua membꝛa) ideſt dedit (flagris) ideſt verberibꝰ ⁊ flagellis (mamilla toꝛta a carnificibꝰ docet) manifeſtat (patulo) ideſt aperte (qꝫ) ideſt quantum ipſa agatha fuerit (valido pectoꝛe) ideſt foꝛti mente ⁊ coꝛpoꝛe.

¶ Foꝛtioꝛ hec trucibuſqꝫ viris
Expoſuit ſua membꝛa flagris:
Pectoꝛe qꝫ fuerit valido
Toꝛta mamilla docet patulo.

¶ Cui agathe carcer erat delicie. i. pꝛo delicijs vel loco deliciaruꝫ (paſtoꝛ ouem petrus recreat). i. cõſolatur (hãc ouem). i. agathã (⁊ inde gauiſa). i. leta (⁊ magis flagrans) ſcilicet amoꝛe dei (cucurrit). i. ſuſtinuit (cuncta flagella ouans). i. gaudẽs.

¶ Delicie cui carcer erat
Paſtoꝛ ouem petrus hanc recreat:
Inde gauiſa magiſqꝫ flagrans
Cuncta flagella cucurrit ouans.

¶ Ethnica turba) ideſt gẽtilis vel pagana q̃ iuxta ethnã habitauit (fugiẽs rogũ). i. cõbuſtionẽ ipſa turba (meret opẽ) ipſius agathe. i. meruit auxilium (ergo deus pꝛemat magis ⁊ reſtringat venerẽ). i. luxuriã (his). i. omnibꝰ (quos titulus) i. honoꝛ vel ſignũ (fidei decoꝛat). i. honoꝛat. Et nota q̄ q̊dam tẽpoꝛe ethna cepit cõburere totã ciuitatẽ catanẽſium. ⁊ ideo pagani venerunt ad ſepulchꝛũ ſancte agathe ⁊ acceperunt velum ⁊ ꝓiecerunt in ignẽ: ⁊ ſtatim ignis extinctus eſt.

¶ Ethnica turba rogũ fugiens
Huius ⁊ illa meretur opem:
Quos fidei titulus decoꝛat
His venerẽ magis ipſa pꝛemat.

¶ Iam ſtella (renitens) ideſt ſplendens (polo) ideſt in celo (quaſi ſponſa) chꝛiſti (ſupplica domino pꝛo miſeris) ideſt pꝛo nobis peccatoꝛibus (vt faciat coli) ideſt celebꝛari (ſua feſta ſic vt faueat) ideſt det auxilium celebꝛãtibus ſe.

¶ Iam renitens quaſi ſponſa polo
Pꝛo miſeris ſupplica dño:
Sic ſua feſta coli faciat
Se celebꝛantibus vt faueat.

¶ Gloꝛia ⁊ laus ſit genito). i. filio (cum patre ⁊ ſpiritu ſancto). i. trinitati (pꝛouide q̇ deus vnus ⁊ oṗs faciat hãc. ſ. agathaꝫ memoꝛem memoꝛum) ſuoꝛũ noſtroꝛum q̇ eius feſtum ⁊ memoꝛiam celebꝛamus meminerit ⁊ nos adiuuet ſuis pꝛecibus. Amen.

¶ Gloꝛia cum patre ſit genito
Spiritui pꝛouideqꝫ ſacro:
Qui deus vnus ⁊ omnipotens
Hanc memoꝛum faciat memoꝛem.

¶ Carmen eſt quale illud nocte ſurgentes. Canitur in feſto beati bñdicti abbatis: cuius vitam ⁊ miracula deſcribens: petit vt eius meritis peccatoꝛum veniam conſequamur.

¶ In hoc hymno q̇ ſcribitur carmine ſaphico mixto adonico agit auctoꝛ de vita et habitu ſancti benedicti. ⁊ de miraculis eius ſcilicet de capiſterio fracto in puericia ſua ſanato ⁊ de puero a latice tracto. Intendit rogare deũ q̇ eſt vita ⁊ lux omnium fideliũ vt

Chꝛiſte ſanctoꝝ decꝰ atqꝫ vtꝰ
O vita ⁊ foꝛma via lux ⁊ auctoꝛ
Supplicũ vota paritерqꝫ hymnuꝫ
Suſcipe clemens.

© Biblioteca Nacional de España

noſtra vota ſuſcipiat ⁊ noſtra pctā expellat ⁊ fauorē ſuū tribuat ⁊ grām ſuā cōcedat meritis ſancti benedicti. O xpē tu dec⁹) ideſt honor (atqꝫ vtus ſctōꝝ) qꝛ ꝑ te vtuoſi ſunt (⁊ vita) qꝛ ꝑ te viuūt (⁊ forma) qꝛ a te imutari debēt. vnde dixiſti. Ego ſum via veritas ⁊ vita (via) qꝛ per te eunt ad prēm (lux) qꝛ ꝑ te illuminanť (⁊ ſalus) qꝛ ꝑ te ſalui facti ſunt. ⁊ tu q̄ talis es (o clemēs). i. o miſericors (ſuſcipe vota ſupplicum). i. ſupplicantiū. ⁊ pariter hymnum.

Additio. Hic hymnus nullas admittit colliſiones ſyllabarū: quod apud auctores maxime antiquos aliquando reperimus. ⁊ propterea non ſine metaciſmo qui barbariſmi ſpecies eſt ⁊ hiulca pronunciatione pretermiſimus.

¶ Qui tuū dudū benedictū ad te
Attrahens mire ſegregaſti mundo
Ut proba mundi reprobare diſcēs
Te ſequeretur.

¶ Qui attrahēs dudū). i. oli (tuū bn̄dictū ad te) ꝑ vtuoſa opa (ſegregaſti mire). i. mirabilit (mundo). i. a mūdo. ⁊ q̄re (vt diſcēs reprobare). i. cōtradicere vel ſpnere (pbra mūdi). i. peccata ⁊ mūdi iniquitates. Ut ſequeretur te. quia tu dixiſti. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris: ſed habebit lumē vite ⁊ miſericordie dicit dominus.

¶ Cuius deuotū animum pueri
Gratia preſtans fidei valere:
Qua valens mira p̄cibus peregit
Mente fideli.

¶ Deuotum animum) ideſt religioſuꝫ (cuius pueri) ideſt benedicti (gratia fidei (de q̄ plenus erat ſanctus benedictus (preſtās valere) ſcilicet poſſe (qua gratia fidei valēs (benedictus peregit (mira) ideſt miracula que in dialogoꝝ libro poſſunt inueniri pro (precibus) ⁊ mente fideli.

¶ Dehinc extēdēs pedē i remotis
Ardua ſcandens cruciari malens:
Corpis artus iuuenilis ardens
Caſtoqꝫ amore.

¶ De hinc) ideſt deinde (extendens pedem in remotis) locis ideſt in heremo magis volens cruciari q̄ꝫ fouere artus iuuenilis corporis ⁊ quare: quia erat ardens caſto amore dei (ſcandens) ideſt aſcendens (ardua) ideſt excelſa (⁊ fuit malens) ideſt magis volens (cruciari q̄ꝫ fouere artus) ideſt membra corporis iuuenilis ⁊ quare quia erat ardens caſto amore dei.

¶ Gloriam patri reſonem⁹ omnes
Et tibi compar vtriuſqꝫ ſemp:
Spūs alme deus vnus omni
Tempore ſecli.

¶ Omnes reſonemus) ideſt perſoluamus (gloriam) ideſt laudem patri ⁊ (o alme). i. ſancte (ſpūs compar). i. equalis (vtriuſqꝫ) ſcilicet patris ⁊ filij tu dico (vnus deus omni tempore ſecli reſonemus) ideſt perſoluamus gloriam ſemper ideſt in omni tempore (tibi) ideſt ad honorem tui.

¶ Imbuit poſt hinc hoīes beatos
Regulis arctis animos retundi:
Et iugo ſemper domini polorum
Subdere colla.

¶ Conſtrue (imbuit) ideſt docuit vel ipleuit (poſt hinc) ideſt deinde (homines beatos) ideſt bonos vel benedictos (regulis arctis) ideſt ſtrictis (retundi) ideſt refrenari animos ſuperbos (⁊ docuit ſubdere colla) ideſt mentem (ſemper iugo domini polorū) ideſt preceptis domini.

¶ Ex qb⁹ maur⁹ ſedulus miniſter
Gurgite ductuꝫ placidū puerum:
Obſequens patri latice leuatum
Equore traxit.

¶ Ex quibus) ſcilicet diſcipulis ſancti benedicti (maurus) ſcilicet ſanctus exiſtēs (ſedulus miniſter) ideſt diligens adminiſtrator ſancti benedicti (obſequens patri) ideſt obediens precepto patris (traxit) ideſt retraxit (equore) ideſt a mari (pueruꝫ) ſcilicet placidum diſcipulū ſancti benedicti (ductū gurgite) quia iam aqua ipſum mergebat (leuatum latice) ideſt extractum ex aqua.



© Biblioteca Nacional de España

¶ O chriſte precamur veniã meritis huius ſancti benedicti vt arceas) ideſt repellas a nobis irã (⁊ tribuas fauorem) ideſt auxiliũ (preſtans gratiam) virtutum ⁊ veniã peccatorum (nobis) tu dico (mitis) ideſt ſuauis reſpiciendo (ad omnes.

¶ Hui⁹ o xp̄e meritis precamur
Ut arceas iram tribuas fauorem:
Gratiam preſtans veniãq; nobis
Mitis ad omnes.

¶ O alme deus) ideſt ſancte ⁊ rector ideſt gubernator (oramus) ideſt deprecamur (p̄be) nobis vt fides noſtra reſiſtat vitijs atq; miniſtra ſtudijs virtutum pectore puro. gloriam patri.

¶ Prebe oram⁹ de⁹ alme rector
Fides vt noſtra vitijs reſiſtat:
Atq; virtutum ſtudijs miniſtra
Pectore puro.

¶ Carmen eſt dimetrum iambicum cacometrum. Canitur in feſtis ſanctorum angelorum.

¶ In hoc hymno intendit auctor laudare dñm intẽdit etiã i p̄mone ſcti michaelis gr̃a vł amore ipſi⁹ archãgeli collaudare oẽs angelos: ſed maxime michaelẽ q̄ eſt p̄nceps militie celeſtis. rogat itaq; ⁊ p̄catur vt oẽs angeli nobis aſſiſtant ⁊ demones a nobis repellãt ⁊ mundos corde ⁊ corpe nos redant. O xp̄e q̄ es ſplẽdor p̄ris vita ⁊ ꝟtus cordiũ quia ſicut viuit corpus per animam: ita viuit anima per xp̄m (pſallimus tibi in conſpectu angelorum votis ac precibus) vel corde ore ⁊ voce ⁊ damus melos) ideſt melodias (vocibus) noſtris concrepando) ideſt reſonando (alternantes) ideſt vocibus alternatis decantantes.

Tibi xp̄e ſplendor patris
Uita virtus cordium:
In conſpectu angelorum
Uotis voce pſallimus
Alternantes concrepando
Melos damus vocibus.

¶ Nos collaudamus venerantes omnes celi milites) ideſt angelos celi (precipue primatem celeſtis exercitus) ſcilicet michaelem conterentem zabulon) ideſt diabolũ (i virtute crucis. Michael quis eſt vt deus. quaſi dicat. quis eſt ita fortis vt de⁹ noſter q̄ creauit nos ad laudandum ſe: per hoc nomẽ michael oſtenditur ꝙ nullus poteſt facere que deus facit.

¶ Collaudamus venerantes
Omnes celi milites
Sed precipue primatem
Celeſtis exercitus
Michaelem in virtute
Conterentem zabulon.

¶ Quo cuſtode) ſcilicet michaele. o (piiſſime). i. fortiſſime (p̄cul pelle). i. abijce longe (omne nephas) i. oẽme pctm̃ (inimici) i. diaboli: ⁊ redde nos ſola vel ſancta clementia (tuo paradyſo). i. in requiẽ nos dico (mundos factos corde ⁊ corpore). i. tã in anima q̄ȝ in corpore.

¶ Quo cuſtode procul pelle
Rex chriſte piiſſime
Omne nephas inimici
Mundo corde ⁊ corpore
Paradyſo redde tuo
Nos ſola clementia.

¶ Et quo cuſtode) ſcilicet michaele chriſt⁹ expellat a nobis omne nephas inimici ⁊ faciat nos mundos corde ⁊ corpore ideo (perſonemus gloriam patri vocibus melodis) ideſt dulcedinis vel dulcib⁹ melodijs (canamus gloriam xp̄o). i. eius filio ⁊ canam⁹ ſimiliter eadem qualitate (gloriam) ideſt laudem dei ⁊ honorẽ (paraclito) ideſt ſpiritui ſancto (qui extat. i. manet) deus trinus in ꝑſonis ⁊ vnus in vnitate ſubſtantie (ante ſecula) ideſt ante omnia ſecula. Amen.

¶ Gloriam patri melodis
Perſonemus vocibus
Gloriam xp̄o canamus
Gloriam paraclito
Qui deus trinus ⁊ vnus
Extat ante ſecula. Amen.

© Biblioteca Nacional de España

¶ Carmen eſt ſaphicum mixtum adonico. Canitur in feſto angelorum quorum auxilium petit.

O Chriſte ſctõꝝ decus angeloꝝ
Rector hũani gñris ⁊ auctor
Nobis eternũ tribue benignus
Scandere celum.

¶ O chriſte ſanctorum decus angelorum ſanctorum dico ad differentiã malorum. Et nota ꝙ auctor facit hic inuocationem ad omnes ⁊ ſingulos bonos angelos (rector humani generis. ⁊ auctor tu benignus tribue nobis (ſcandere) ideſt aſcendere (celum). i. regnum eternum.

¶ Angelum pacis michael ad iſtaz
Celitus mitti rogitemus aulam:
Nobis vt crebro veniente creſcant
Proſpera cuncta.

¶ Rogitemus mittat celit⁹). i. dirigat (ad iſtã aulã). i. eccl'iam (michaelẽ angelum pacis) q̇ nos placaret deo. quotiẽs magna nũciant̃ a deo michael mittit̃: quãdo vero maiora gabriel mittit̃ vt marie: zacharie. ad medelã raphael mittitur vt thobie ad hoc ergo mittat̃ (vt cuncta ꝓſpa creſcãt veniẽte michaele angelo dei (crebro). i. frequenter.

Michael angelus pacis.

¶ Angelus fortis gabriel vt hoſtẽ
Pellat antiquum volitet ab alto:
Sepius templũ veniatqꝫ in iſtud
Nos miſeratus.

¶ Gabriel interpretat̃ fortis ãgelus. i. fortitudo dei ꝑ qꝺ ĩtelligitur ꝙ fortis fuit ⁊ potens ad defendendũ fortitudinẽ diaboli per virtutẽ ſancte crucis (⁊ gabriel fortis angel⁹ volitet). i. volet ab alto celo vt pellat antiquum hoſtẽ). i. diabolũ. gabriel dico (veniat ſepius (ad iſtud tẽpluz. i. eccl'iaz miſertus nr̃i.

Gabriel angel⁹ fortitudinis.

Additio. Adonicus iſte verſus erat nr̃i miſertus. ſed qꝛ in nr̃i vitioſe corripit̃ ſecũda: virti nos miſerat⁹: qꝺ legit̃ meli⁹ etiã quã viſere nr̃i. vt alij legunt.

¶ Angelum nobis medicũ ſalutis
Mitte de celis raphael vt omnes:
Sanet egrotos pariterqꝫ noſtros
Dirigat actus.

¶ O chriſte (mitte nobis angelum raphaelem medicum ſalutis nr̃e) raphael interpretatur medicina dei. ⁊ ſignificat xp̄m qui tulit nobis de celis medicinam cuius gratia mundati ſumus ab omni peccato ⁊ liberati ab hoſte ãtiquo (vt ſanet) ideſt curet nos omnes (egrotos) in mente (et dirigat actus noſtros) ideſt noſtras operationes prauas ad bonam operationem.

Raphael angelus medicine.

¶ hinc dei noſtri genitrix maria
Totus ⁊ nobis chorus angeloruz:
Semper aſſiſtat ſimul ⁊ beata
Concio tota.

¶ Et quia facimus inuocationem angelorum (maria genitrix dei noſtri ⁊ totus chorus angelorum aſſiſtat ſemꝑ). i. in omni tẽpore (nobis) omnibus (⁊ tota cõcio beata) ideſt exercitus angelorum nobis aſſiſtat ſimul ⁊ iſti intercedant pro nobis.

¶ Preſtet hoc nobis deitas beata
Patris ac nati pariterqꝫ ſancti:
Spiritus cuius reboat in omni
Gloria mundo.

¶ Beata deitas). ſ. patris (ac nati). ſ. filij (et ſpiritus ſancti preſtet) ideſt tribuat (nobis) pariter hoc quod predictum eſt (gl'ia) cuius ſpiritus (reboat) ideſt perſonat in omni mundo.

¶ Carmen eſt dimetrum iambicum cacometrum. Canitur in feſto omnium ſanctorum: quorum omnium interceſſionem ꝓ nobis implorat.

O Chriſte redemptor omnium
Conſerua tuos famulos:

¶ Hic facit inuocationem ad omnes ordines angelorum: deprecatur eos vt ipi aſſint nobis: ⁊ a nobis omnia vitia repellant et



© Biblioteca Nacional de España

nos purificatos corde ⁊ corpore ⁊ ope a d celeſtia regna perducant(O xp̄e redēptor omniū ſcilicet fideliū(cōſerua tuos famulos) qui tibi famulantur. tu dico (placatus ſanctis precibus) beate marie virginis. ⁊c.

Beate ſemper virginis
Placatus ſanctis precib⁹.

❡ O beata agmina celeſtium ſpirituum) ideſt angelorum(pellite quoqȝ) ideſt ſimiliter(preterita mala)ideſt vitia preſentia ⁊ futura a nobis.

❡ Beata quoqȝ agmina
Celeſtium ſpirituum:
Preterita preſentia
Futura mala pellite.

❡ Uates)ideſt o vos ꝓphete eterni iudicis)ideſt chriſti(o apoſtoli domini expoſcimus)ideſt deprecamur(ſuppliciter) ſaluari veſtris precibus.

❡ Uates eterni iudicis
Apoſtoliqȝ domini:
Suppliciter expoſcimus
Saluari veſtris precibus.

❡ O martyres dei inclyti) ideſt nobiles ⁊ electi ( et confeſſores lucidi) ideſt caſti(ferte nos in celeſtibus) regnis(veſtris orationibus.

❡ Martyres dei inclyti
Confeſſoreſqȝ lucidi:
Ueſtris orationibus
Nos ferte in celeſtibus.

❡ Chorus ſanctarum virginum ⁊ omnium monachorum facite(nos chriſti conſortes)ideſt participes(celeſtis regni cum omnibus ſanctis.

❡ Chorus ſanctarum virginum
Monachorumqȝ omnium:
Simul cum ſanctis omnibus
Conſortes chriſti facite.

❡ Auferte ideſt remouete (gentē perfidā) ideſt infidelem (de finibus credentium )et ad quid(vt perſoluamus alacriter) ideſt ioconde(chriſto laudes debitas.

❡ Gentem auferte perfidam
Credentium de finibus:
Ut chriſto laudes debitas
Perſoluamus alacriter.

❡ Gloria)ideſt laus ſit(ingenito pr̄i eiuſqȝ vnigēito)ideſt filio ieſu chriſto(vna) ideſt pariter(cum ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amen.

❡ Gloria patri ingenito
Eiuſqȝ vnigenito:
Una cum ſancto ſpiritu
In ſempiterna ſecula. Amen.

❡ Hymnus iſte continuatur ſuperiori ſic dixi. O chriſte conſerua tuos famulos ⁊ bene debes: quia redemiſti nos. O ieſu ſaluator ſeculi ſubueni) ideſt ſucurre redemptis (ope)ſcilicet tuo auxilio. ⁊ o (pia dei genitrix poſce )ideſt impetra (ſalutem animaꝝ) nobis miſeris.

Ieſu ſaluator ſeculi
Redemptis ope ſubueni:
Et pia dei genitrix
Salutem poſce miſeris.

❡ Omnes angelici cetus) ideſt omnes angelorum ſocietates ſeu exercit⁹ (cunei) ideſt chori (patriarcharū) ⁊ merita ꝓphetarū) (ꝑcentur).i. poſtulent vel impetrēt (nobis veniā)ideſt indulgentiam peccatorum.

❡ Cetus omnes angelici
Patriarcharum cunei:
Et prophetarum merita
Nobis precentur veniam.

❡ Baptiſta) ioannes(preui⁹).i. precurſor xp̄i ⁊ (clauiger )ſcilicet petr⁹( ethere⁹) ideſt celeſtis(cum ceteris apoſtolis) (ſoluāt nos a nexu criminis )ideſt a vinculis peccatorū.

❡ Baptiſta chriſti preuius
Et clauiger ethereus:
Cum ceteris apoſtolis
Nos ſoluant nexu criminis.

© Biblioteca Nacional de España

¶ Chorus ſacratus martyrum
Confeſſio ſacerdotum:
Et virginalis caſtitas
Nos a peccatis abluant.

¶ Sacratus chorꝰ) ideſt ſacer cetus (martyrum ⁊ confeſſio ſacerdotum) ideſt iuſtorũ (⁊ caſtitas virginalis) .i. virginum abluant nos a peccatis.

¶ Monachorum ſuffragia
Omneſqꝫ ciues celici:
Annuant votis ſupplicum
Et vite poſcant premium.

¶ Suffragia) ideſt patrocinia electorum vel monachorum (⁊ omnes celici) ideſt celi (ciues) angeli (annuant) ideſt faueant (votis) ideſt precibus (ſupplicum) ideſt humilium (⁊ poſcant) ideſt impetrent premium vite eterne.

¶ Laus honor virtus gloria
Deo patri ⁊ filio:
Sancto ſimul paraclito
In ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Laus honor virtus gloria ſit deo patri ⁊ filio ſimul ſancto paraclito in ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Carmẽ eſt dimetrum iambicum cacometruꝫ. Canitur in feſtis apoſtolorum: quorum poteſtatem a xp̃o traditam narrat.

Exultet celum laudibus
Reſultet terra gaudijs:
Apoſtolorum gloria
ſacra canunt ſolẽnia.

ideſt celeſtis curia (exultet) .i. gaudeat laudibus (terra) ideſt terreni .ſ. homines (reſultet gaudijs) homines canunt ideſt laudant (ſacra ſolẽnia gloria apoſtolorum.

¶ In hoc hymno facit auctor inuocationem ad apl̃os vt ipſi pro nobis deprecent̃ et ſuis p̃cibꝰ a nobis vitia repellant vt venientes ad iudiciũ ne ꝓ reatu puniant ſꝫ eternis gaudijs repleri nos faciant. Et nota ꝙ dies iudicij non dr̃ ideo ꝙ tunc erit dies. ſꝫ apparebũt omnia nobis tanq̃ in die (celũ) Dies iudicij nõ erit dies.

¶ Vos ſecli iuſti iudices
Et vera mundi lumina:
Votis precamur cordium
Audite preces ſupplicum.

¶ Vos apoſtoli iuſti iudices ſecli ideſt ſeculi ⁊ (vera lumina mundi) quia totus mundus illuminatur eorum predicatione (precamur vos votis cordium) ideſt precibus cordis (audite preces ſupplicum) .i. humilium.

¶ Qui celum verbo clauditis
Seraſqꝫ eius ſoluitis:
Nos a peccatis omnibus
Soluite iuſſu queſumus.

¶ Qui clauditis) ſcilicet peccatoribus (celum verbo) ideſt ſermone (⁊ ſoluitis bonis ſeras) ideſt clauſuras (eius queſumus) precamur (vos ſoluite) ideſt abſoluite (nos a peccatis oĩbus iuſſu) .i. precepto.

¶ Quorum precepto ſubditur
Salus ⁊ langor omnium:
Sanate egros moribus
Nos reddentes virtutibus.

¶ Precepto quorũ) .ſ. apoſtolorum (ſalꝰ) ideſt ſanitas (⁊ langor) ideſt infirmitas omnium hominum (ſubdit̃ ſanate egros) ideſt peccatores (moribꝰ) ideſt prauis cogitationibus ⁊ voluntate mala peccandi (reddentes nos virtutibus) ideſt operationibꝰ virtuoſis.

¶ Ut cum iudex aduenerit
Chriſtus in fine ſeculi:
Nos ſempiternis gaudijs
Faciat eſſe compotes.

¶ Et rogamus vos vt cum xp̃s iudex aduenerit in fine ſeculi faciat nos eſſe compotes ſempiternis gaudijs.



© Biblioteca Nacional de España

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur in feſtis apoſtolorum. Quorum laudes enumerat.

Eterna xpi munera
Apoſtolorum gloria:
Laudes canentes debitas
Letis canamus mentibus.

¶ Hymnus iſte cōtinuatur ſuperiori. ſ. exultet celum laudibus (nos canentes debitas laudes) xpo in honore apoſtolorum (canamus letis mentibus) .i. iocundis (glīa). i. ad glīam (apl'orū eterna munera) ideſt dona xpi q̄ ſua pietate nobis largitus eſt.

¶ Eccleſiarum principes
Mundi triumphales duces:
Celeſtis aule milites
Et vera mundi lumina.

¶ Iſti ſunt principes eccleſiarum iſti ſunt triūphales duces mundi) .i. triumphantes (iſti ſunt milites celeſtis aule) ideſt palatij ⁊ ſunt (vera mundi lumīa) quia predicatiōe illorum illuminatus eſt mundus.

¶ Deuota ſanctorum fides
Inuicta ſpes credentium:
Perfecta chriſti charitas
Mundi triumphat principem.

¶ Fides deuota ſanctorum) ideſt obediēs inuicta ſpes credentium perfecta xpi charitas) ideſt amor (triūphat) ideſt ſuperat (pn cipem mundi) ideſt diabolum. Unde. Uenit princeps mundi huius ⁊ in me non habet quicq̄.

¶ In his paterna gloria
In his voluntas ſpiritus:
Exultat in his filius
Celum repletur gaudijs.

